


B. N. L.


23

ILUMINADOS



2-3-44

No 23



SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS
EPISCOPI OFFICIORVM. LIBER.
PRIMVS INCIPIT.



ON ARROGANS videri al-
bitror: si intere filios suscipia et
se fum docendi: cum ipse humili-
tatis magister dixerit: Venite si-
ci audite me: timorem domini do-
cebo vos. In quolibet & humili-
tatem verecundiz eius spectaret & gratiam. Dicendo
enim timorem domini: qui cois videtur esse omnibus;
expressit insigne documentum verecundiz. Et tamē
cam ipse timor initium sit sapientia & effectus beatitudo
tudinis qm timentes deum beati sunt preceptorum
se sapientia edocendz: & demonstratorem beatitu-
dinis adipiscendz euidenter significauit. Et nos ergo
ad imitandam verecundiam seduli, ad conferendas
gratiam non usurpatores: quz illi spiritus infudit sa-
pientie: & per illum nobis manifestata sunt & visu co-
perta atqz exemplo: uobis quaslibet tradimus: cum
iam effugere non possumus officium docendi quod
nobis refugientibus imposuit sacerdotii necessitudo:
Dedit etenim deus quosdam quidem apostolos: qf
dam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios
autem pastores & doctores. Non igitur michi aploz
gloriam vendico. Quis enim hoc, nisi quis ipse filius
elegit dei. Non prophetatum gratiam: Non virtutes
euangelistarum. Non pastorum circunspectio nem
sed tantummodo intentionem & diligentiam circa
scripturas diuinaz opto assequi: quam ultimam po-
suit apostolus inter officia sanctorum: & hanc ipsa
ut docendi studio possim discere. Unus enim verius
magister est qui solus non didicit quod omnes doce-
ret. Homines autem discunt prius quod doceant:
& ab illo accipiunt quod alii tradant. Quod ne ipm

Eph 4:1

AMBIENS TVIS SOR TES MEE

BREVIARIA

Dquidem michi accidit. Ego enim raptus de tribunis atq; administrationis infulis ad sacerdotium docere uos coepi quod ipse non didici. Itaq; factu est: ut prius docere inciperem q; discere. Discendu igitur michi simul & docendum est: quoniam no uacaui ante discere. Et qntumlibet quisq; proficerit: nemo est qui doceri non egeat dum viuit.

Quid autem præ ceteris debemus disce **Ca. ii.**
re q; tacere. ut possimus loqui: ne prius me vox condemnet mea q; absoluat aliena. Scriptum est enim. Ex verbis tuis condemnaberis. Quid opus est igitur. vt properes periculum suscipere condonationis loquendo: cum tacendo possis esse tu tor. Complures vidi loquendo peccatum incidisse: vix quemq; tacendo. Ideoq; tacere nosse q; loqui. difficultus est. Scio loqui plerisque cu tacere nesciant. Rarum est tacere quemq;: cum sibi loqui nihil prosit. Sapiens est ergo qui n uit tacere. Deniq; sapientia dei dixit. Dominus dedit michi linguam eruditionis: ut sci in quando oporteat sermonem dicere. Merito ergo sapiens. q a domino accipit quo tempore sibi loquendum sit: Vnde bene ait scriptura: Non sapiens tacebit usq; ad tempus. Ideo sancti domini qui sciebant: quia vox hominis plerumq; peccati annuncia est: & initium humani erroris sermo est hois: amabat tacere. Deniq; sanctus domini ait. Dixi: custodiam vias meas: ut non delinquam in lingua mea: Sciebat eis & legerat diuinæ esse protectionis: ut homo a lingua sua flagello absconderetur. & a conscientia sua testimonio. Verberamur enim tacito cogitationis nostræ opprobrio. & iudicio conscientia. Verberam etiam vocis nrae uerbere: cum loquimur ea quo rum sono ceditur animus noster: & mens consuatur. Quis autem est. qui mundum cor a peccato

Ecc. 20. 2.
Ps. 58. 3.

2

habeat colluione: aut non delinquat in lingua sua!
Et ideo quia neminem videbat: sanctum os seruare posse ab immundicia sermonis: ipse sibi silentio legem imposuit innocentem: ut tacendo culpam declinaret: quam vix effugere posset loquendo. Audiamus ergo cautionis magistrum: Dixi: custodiam vias meas: Hoc est: dixi mihi tacito cogitationis precepto: indixi michi ut custodirem vias meas. Aliæ sunt viæ quas debemus sequi: aliæ quas debemus custodire. Sequi vias domini: custodire nras: ne in culpam dirigantur. Potes autem custodire: si non cito loqueris. Lex dicit. Audi israel dominum deum tuum. Non dicit loquere sed audi. Ideo euia lapsa est. quia locuta est viro: quod non audierat a domino deo suo. Prima vox dei dicit tibi: Audi. Si audias custodis vias tuas. & si lapsus es. cito corrige. In quo enim corrigit iuuenior viam suam. nisi in custodiendo verba domini: Tace ergo prius & audi: & non delinques in lingua tua. Graue malum ut aliquis ore suo condonet. Etenim si pro ocioso uerbo reddet unusquisque rationem: quanto magis pro verbo impunitatis & turpitudinis. Grauiora sunt enim verba precipitacionis & ociositatis. Ergo si pro ocioso uerbo ratio poscit: quanto magis pro sermone poena exoluitur.

ps. 58. 2.

A Deut. 6. 2.

Capitulum. iii.

Beda. in
omel.

Quid igitur! Mutos nos esse oportet: Mime. Est enim tempus tacendi & tempus loqui. Deinde si pro ocioso uerbo reddemus rationes: videamus ne reddamus & pro ocioso silentio. Est enim & negotiosum silentium. ut rat susannæ: quæ plus egit tacendo & si esset locuta. Tacendo enim apud homines. locuta est deo. Nec ullum maius iudicium suæ castitatis inuenit & silentium Conscientia loquebatur. ubi vox non audiebatur: nec querebat pro se hominum iudicium. quæ ha-

Eccs. 5. b.

Pro. 4. d.

Esa. 6. b.

Ecc. 12. d.

B

Ps. ii. b.

bebat domini testimonium. Ab illo igitur uolebat
absolui, quem sciebat nullo modo posse falli. Ipse
dominus in euangelio tacens operabatur salutes
hominum. Recte ergo dauid non silentiu[m] sibi
indixit perpetuum sed custodiam. Custodia in
ergo cor nostrum: custodiamus os nostru[m]. Ut reuq[ue]
enim scriptum est. Hic ut custodiamus os. Alibi
tibi dicitur. Omni custodia serua cor tuum. Si
custodiebat dauid, tu non custodies: Si immunda
labia habebat esaias qui dixit. O miser ego quoniam
compunctus sum: quis cum sim homo & immunda
labia habeam. Si prophet a domini immunda la-
bia habebat: quomodo nos munda habemus. Et
cui nisi unicuique nostrum scriptum est: Sepi pos-
sessionem tuam spinis & autum & argenteum tuum
alliga: & ori tuo fac ornam & uectem: & verbis tu-
is iugum & stateram: Possessio tua mens tua est
Autum tuum cor tuum est. Argentum tuum elo-
quium tuum est. Eloquia domini eloquia casta:
argentum igne examinatum. Bona etiam pos-
sessione mens bona. Denique possessio preciosa: ho-
mündus. Sepi ergo hanc possessionem & circu-
uallato cogitationibus: munito spinis sollicitudi-
num: ne in eam irruant & captiuam ducant irra-
tionabiles corporis passiones: ne incurvant motus
graues: ne diripiant vindemiam eius transentes
viam. Custodi interiorum hominem tuum: No-
li eum quasi vilem negligere ac fastidire: quia p-
ciosa possessio est. Et merito preciosa: cuius fructus
non caducus & temporalis: sed stabilis atque eter-
na salutis est. Cole ergo possessionem tuam vt
sint tibi agri. Alliga sermonem tuum ne luxuri-
et: ne lasciviat: & multiloquio peccata sibi colli-
gat. Sit restrictior. & ipis suis coerceatur. Cito
lumen colligit amni exundans. Alliga sensu

tuum: non sit remissus ac defluus: ne dicatur de te
 Non est malitia ponere neq; oleum neq; alliga-
 turam. Habet surs habendas mentis sobrietas: qb;
 regitur & gubernatur. Sit ori tuo ostium: ut clau-
 datur ubi oportet: & obseretur diligentius: ne q;
 in iracundiam exciter uocem tuam: & contumelias
 rependas contumeliae. Audisti hodie lectum: Ies-
 cimini & nolite peccare. Ergo & si irascimur: quia
 affectus naturæ est non piatis: malum sermonem
 non proferamus de ore nostro ne in culpam ruam.
 Sed iugum sit uectis tuis & statera: h; e: humilitas
 atq; mensura: ut lingua tua menti subdia sit. Res-
 tringatur habenæ vinculis: frænos habeat suos: qb;
 reuocari possit ad mensuram: Sermones proferat:
 libra examinatos iusticie: ut sit grauitas in sensu
 in sermone pondus atq; in verbis modus. Ca. iii.

C **N**ec si custodiat aliquis: sit mitis mansuet?
 modestus. Custodiendo enim os suum &
 retinendo linguam suam: nec prius loquendo q;
 interroget & expendat atq; examinet uerba si
 dicendum hoc: si dicendum ad: et sum huc: si tps
 sermonis sit huius: is profecto exercet modestiam
 ac mansuetudinem: & pacientiam: vt non ex in-
 dignatione & ira in sermonem erumpat: non ali-
 cuius passionis indicium det in verbis suis: non
 ardorem libidinis flammare in sermone suo indi-
 cit: & inesse dictis suis stimulos iracundiae: postre-
 mo ne sermo qui commendare interiora debet: vi-
 tium aliquid esse in moribus aperiat & prodat.
 Tunc enim maxime insidiatur aduersarius: q; vi-
 det nobis passiones aliquas generari: tunc somites
 mouet: laqueos parat. Vnde non immerto sicut
 audistis hodie legi propheta dicit: Quia ipse libe-
 rauit me de laqueo venantium: & a uebro aspero.
 Symmachus irritationis uerbum dixit: Atiu ver-

bum perturbationis. Laqueus & ersarii sermo nō est: sed etiam ipse non minus aduersarius est nob̄. Loquimur plerumq; quod excipiat inimicus: & quasi nostro gladio nos vulneret. Quanto tolerabilius est alieno gladio q̄ nō perire. Explorat ergo aduersarius n̄a arma: & concutit sua tela. Si viderit moueri me: inserit aculeos suos: vt seminaria iurgiorum excitet. Si emiserō uerbum indecorum: laqueum suum stringit. Interdum michi quasi escam proponit vindictæ possibilitatem: vt dum vindicare cupio: ipse me inseram laqueo: & nodum mortis astringam michi. Si quis ergo hunc aduersarium sentit præsentem ēē: tunc magis custodiā adhibere debet ori suo: ne det locum aduersario. Sed non multi hunc vident.

Sed etiam ille cauendus est. Caplī. v.
 qui videri pot: quicunq; irritat: quicūq; incitat: quicunq; exasperat: quicunq; incetiua luxuriæ aut libidinis suggerit. Quando ergo aliquis nobis conuitiatur: tacessit: ad violentiam prouocat: ad iugium uocat: tunc silentium exerceamus: tunc muti fieri non erubescamus: Peccator enim qui nos prouocat: qui iniuria facit: & nos similes sui fieri desiderat. Deniq; si taceas: si dissimiles: solet dicere: Quid taces: Loquere si audes. Sed non audes: Mutus es: e lingue te feci. Si ergo taceas: plus rumpit: vitium se reputat: irrisum posthabitum atq; illud. Si respondeas: superiorē se factum arbitratur: quia parem inuenit. Si enim taceas: dicitur: Ille conuictatus est huic: contempsit iste: Si referas contumeliam: dicetur: Ambo conuicti sunt. Vterq; condēnatur: nemo absoluitur. Ergo illius est studium ut irritet: ut similia illi loquac: similia agam. Iusti autem est dissimu-

Iare: nihil loqui: tenere bonum fructum conscientiae
 plus committere bonorum iuditio: quod criminantis
 insolentia: contentum esse grauitate morum suorum.
 Hoc enim silere a bonis: quia bene sibi conscius: fal-
 sis non debet moueri: nec aestimare plus ponderis
 alieno esse conuitio: quod in suo testimonio. Ita fit: ut
 etiam humilitatem custodiat. Si autem nolit humili-
 lior videci: talia tradat: & dicit ipse secum: Hic ex-
 gogut me contemnat: & in conspectu meo loquatur
 talia aduersum me: quasi non possim ego ei aperte
 os meum. Cur non etiam ego dicam: in quibus eu-
 mœstificare possim? Hic ergo ut michi iniurias fa-
 ciat: quasi vir non sim: quasi vindicare me non possim.
 Hic ut me criminetur: quasi ego non possim gra-
 uiora in eo componere. Quia talia dicit: non est mi-
 tis atque humiliis: non est sine temptatione. Temp-
 tator eum exagitat: ipse et tales opiniones inserit.
 Placrumque adhibet hominem atque apponit nequa-
 spus qui haec illi dicat. Sed tu in petra fixum vesti-
 gium tene. Et si seruus conuitum dicat: iustus
 tacet. Et si infirmus contumeliam faciat: iustus
 tacet. Et si pauper criminetur: iustus non respon-
 det. Haec sunt arma iusti: ut cedendo vincat. Si
 cut periti iaculandi cedentes solent vincere: &
 fugientes grauioribus sequentes vulnerare ictib.

Quid enim opus est moueri: ¶ Capit. vi.
 cum audimus conuitia: Cur non imi-
 tamur dicentem: Obmutui & humiliatus sum
 & silui a bonis: An hoc dixit immodo: non etiam
 fecit dauid: Immo & fecit. Nam cum ei conuitare
 tur semel filius gemini: tacebat dauid: & quis sep-
 tus armatis: non retorquebat conuitum: non vlti-
 onem querebat: eosque ut dicente sibi saruia & filio quod
 vindicare in eum veller: non pmiserit. Ibat ergo ta-
 quid mutus & humiliatus: ibat tacens: nec moueba-

ps. 38.2.

A

tur: cum vir appellatur sanguinis: qui erat consci^o
propriae mansuetudinis. Non ego mouebatur con-
sciis: cui abundabat honorum operum conscientia.
Itaqz qui cito iniuria mouetur: facit se dignum
contumelia videri: dum vult ea indignus probari.
Melior est itaqz qui contemnit iniuriam q̄ qui do-
let. Qui enim contemnit: quasi non sentiat ita des-
picio: qui autem dolet quasi senserit torquetur.

NE qz improuide ad uos filios meos. Ca. vii.
scribens: huius psalmi poemio vsus sum:
Quem psalmum propheta dauid sancto idithun
canendum dedit. Ego uostenendū sua deo dele-
ctatus eius sensu profundo & virtute sententiā
Aduertimus enim ex his quae breuiter libauimus
& silendi patientiam & oportunitatem loquendi
& in posterioribus contemptum diuitiarum: que
maxima virtutum fundamēta sunt: hoc psalmo
doceri. Dum igitur hunc psalmum considero: suc-
cessit animo de officiis scribere. De quibus etiam si
quidam philosophi & studentes scripserunt: ut pa-
netius & filius eius apud græcos: tullius apud la-
tinos: non alienum duxi a nostro munere: ut & ipse
scriberem. Et sicut tullius ad erudiendum filium
ita ego quoqz ad vos informandos filios meos. Ne
qz enim immus vos diligō quos in euangelio ge-
nui: q̄ si coniugio suscepissem. Non enim uehemē-
tior est natura ad diligendum q̄ gratia. Plus cer-
te diligere debemus: quos perpetuo nobiscum pu-
tamus futuros: q̄ quos in hoc tm̄ seculo. His dege-
neres nascuntur frequenter: qui de deceant patre
uos ante elegimus ut diligamus. Itaqz illi necel-
litate diliguntur: quoniam satis idonea atqz diu-
turna est ad perpetuitatem diligendi magistra;
vos iudicio quo magnum charitati pondus ad-
vīm diligendi adiungitur: probate quos dili-

B

gas: & diligere quos elegeris. Capit. viii.

Ego qm personæ conueniunt: videam⁹
vitum res ipsa conueniat scribere de offi-
ciis: Et vicum hoc nomen philosophorū tñmodo
scholæ aptum sit: an etiam in scripturis reperiatur
diuinis. Pulchre itaq; dum legimus hodie euangeliū
quasi adhortaretur ad scribendum spūl.
sanctus obtulit nobis lectionem: q̄ confirmarem⁹
etiam in nobis officium dici posse. Nam cū zacha-
rias sacerdos obmutuisset in templo: & loqui nō
posset: fadum est inquit ut impleti sunt dies officiū
eius abit in domum suam. Legimus igitur officiū
dici a nobis posse. Nec ratio ipsa abhorret: quia do
quidem officium ab efficiendo dictum putamus: q̄
si efficiū: sed propter decorum sermonis una inmu-
tata litterā officium nuncupari. Vel certe vt ea a
gas: que nulli officiant: prosint omnibus. Ca. ix.

Officia autem ab honesto & utili duci resti-
mauerunt: & de iis duobus eligere quid
praestet. Deinde incidere ut duo concurrant hone-
sta & duo utilia: & quereretur quid honestius &
quid utilius. Primum igitur in tres partes officiū
diuiditur honestum & utile. & quid præstantius.
Deinde hæc tria in quinq; genera diuiserunt. In
duo honesta & duo utilia & eligendi iudicium:
Prima igitur p̄tinere dicunt ad decus honestatē
qz vitæ. Secunda ad vitæ cōmoda copias opes
facultates. De iis eligendi subesse iudicium. Hac
illi. Nos autem nihil omnino nisi quod deceat &
honestum sit: futorum magis q̄ presentium me-
timur formula. Nihilq; utile nisi quod ad vitæ
illius æternæ prosit gratiam definimus: non quod
ad delectationem præsentis. Neq; alij cōmoda
in facultati b; & copiis opum constituiimus: sed in
cōmoda hæc putamus si non reliquantur: eaq;

Luce. 1. a.

C

neti cum sint estimati magis q̄ dispensatio cum arro-
gant. Non superfluum igitur scripturam nostram est
opus: quia officium diversa estimamus regula: at
q̄ illi estimauerunt. Illi saeculi commoda in bono
ducunt. Nos hęc etiam in detrimentis: qm q̄ hic
recipit bona: ut ille diues illic cruciatur: & lazarus
qui hic mala patuit: illic consolationem inuenit. De-
inde qui illa non legunt: nostra legent si uolent: q̄
non sermonum supellechilem/ neq̄ artem dicendi
sed simplicem rerum exquirunt gratiam. Ca. x.

ps. 64. a.

Titū. 2. a.

Heb. 2. b.

DEcorum autem in nostris scripturis primo
constitui loco quod græce περὶ ὁποῖα διατάσ-
σιν στηνούμενον & docemus legentes: Te decet hymnus
deus in syon. Vel græce στὸν πρεπόνον θεον
εργεωπ. Et apostolus dicit. Loquere quæ decet
sanam doctrinam. Et alibi. Decebat autem eum p
quem omnia: & propter quem omnia: multis fi-
liis in gloriam adductis: ducem salutis eorum
passionem consummari. Nunquid prior paneti?
nunquid aristoteles qui & ipse disputauit de of-
ficio q̄ dauid: cum & ipse pythagoras qui legitur
socrate antiquior: prophetam secutus dauid: legē
silentii dederit suis: Sed ille: ut per quinquenium
discipulis usum inhiberet loquendi: dauid autē
non ut naturę munus imminueret: sed ut custo-
diam proferendi sermonis doceret. Et pythagoras
quidem: ut non loquendo loqui doceret: dauid ut
loquendo magis disceremus loqui. Quomodo er-
go sine exercitio doctrina aut sine usu profectus:
Qui disciplinam bellicam vult assequi: quotidie r
exerceetur armis. & tanq̄ in procinctu positus præ-
ludit prælrium & uelut coram positio prætendit ho-
ste: atq̄ ad petitiā vitisq̄ iaculandi: uel suos
explorat lacertos: uel aduersariorum declinat id
& vigilanti exit obtutu. Qui nauim in mari rege-

D

re gubernaculis studet: uel remis ducere prius in
 fluiuio præludit. Qui canendi suavitatem & vocis
 affectant præstantiam: prius sensim canendo vocem
 excitant. Et qui viribus corporis legitimoq; lucta-
 di certamine coronam petunt: quotidiano vslu pa-
 lestræ durantes membra: nutrientes patientiam:
 Laborem assuescunt. Nec non ipsa natura nos in
 paruulis docet: q; prius sonos meditantur loquen-
 di: ut loqui discant. Itaq; sonus excitatio quædā
 & palestra vocis est. Ita ergo & qui volunt discere
 cautionem loquendi: quod naturæ est non negent
 quod custodie est exerceant: vt qui in speculo sunt
 speculando intendant non dormiendo. Orr
 enim res proprias ac domesticis exercitiis auget:
 Ergo dauid tacebat non semper sed pro tempore.
 Non iugiter neq; omnibus: sed irritanti aduersa-
 rio: prouocanti peccatori non respondebat. Et si-
 cut alibi ait. Loquentes vanitatem & cogitâtes
 dolum: non audiebat quasi surdus: & quasi mu-
 tus non aperiebat illis os suum. Quia & alibi
 habes: Noli respondere imprudenti ad impru-
 dentiam eius: ne similis illi sis. Primum igitur
 officium est: loquendi modus. Hoc sacrificium
 laudis deo dependit. Hoc reuentia exhibet
 cum scripturæ diuinæ legunt. Hoc honorantur
 parentes. Scio loqui plerosq; cum tacere nesciat
 Rarum est tacere quemq;: cum sibi non prosit
 loqui. Sapiens ut loquatur: multa prius consi-
 derat: quid dicat: aut cui dicat: quo in loco quo
 tempore. Est ergo & tacendi & loquendi modus.
 Est etiam factis modus. Pulchrum est igitur te-
 nere mensuram officii. Capitulum. xi.

Officium autem omne: aut medium aut p-
 fedium est: quod æque scripturarum au-
 thoritate probare possumus. Habemus etenim

ps. 57.c.

proverb. 26.2.

Mat. 19. c.

A

Mat. 19. c.

in euangelio dixisse dominum. Si vis in vitam æternam venire: serva mandata. Dicit ille. Quæ: iesus autem dixit illi. Non homicidium facies. Nō ad ulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimoniū dices: Honora patrem & matrem. Et diliges proximum tuum sicut te ipsum. Hæc sunt media officia quibus aliquid deest. Deniqꝫ dicit illi adolescens. Omnia hæc custodiui a iuventute mea. Quid adhuc mihi deest? Ait illi iesus: Si vis perfectus esse: vade vende omnia bona tua & da pauperibus: & habebis thesaurum in coelo: & veni sequere me: Et supra habes scriptum: vbi diligendos inimicos & orandum dicit pro calumpniantibus & persequentibus nos: & benedicere maledicentes. Hoc nos facere debemus: si uolumus perfecti esse sicut pater noster qui in coelo est: qui super bonos & malos solem suum iubet radios suos effundere: & pluuiā & core terras vniuersorum sine villa discretione pingueſcere. Hoc est igitur pfectum officium quod ḥ̄α Tόpθω uō̄ dixerunt græci: quo corriguntur omnia: quæ aliquosi potuerunt lapsus habere. Bona etiam misericordia; quæ & ipsos perfectos facit: quia imitatur perfectū patrem. Nichil tam commendat christiana aiām q̄ misericordia. Primum in pauperes: ut cōmunes iudices partus naturæ: quæ omnibus ad usum generat fractus terrarum ut quod habes largiaris pauperi: & consoltem & conformē tuum adiuues. Tu numum largitis: ille vitam accipit. Tu pecunias: ille substantiam suam æstimat. Tuus denarius census illius est. Ad hæc plus ille tibi confert cum sit debitor salutis. Si nudum vestias: te ipsū induis iusticiam. Si peregrinum subiectum inducas tuum: si suscipias egentem ille tibi acquireret sanctorum amicitias & æterna tabernacula. No

mediocris ista gratia. Corporalia seminas & recipis
spiritualia. Miraris iudicium domini de sancto iob: mi-
rare virtutem eius qui poterat dicere. Oculus etam
cæcorum pes claudorum. Ego eram infirmorum pa-
ter velleribus agnorum meorum calefacti sunt hu-
meri eorum. Fortis non habitabat peregrinus. Oculi
autem meum omni venienti patebat. Beatus pla-
ne de cuius domo nunquia uacuo sinu pauper exituit
Neque enim quisque magis beatus qui qui intelligit sup
pauperis necessitatem: & infirmi atque in opis æruim
nam. In die iudicii habebit salutem a domino: quæ
habebit sux debitorem misericordiæ. □ Cáp. xii.

Iob. 29.c.

B

Sed plerique reuocantur ab officio dispensati-
onis misericordiæ: dum putant hominis actus
non curare dominum: aut nescire eum quid in oc-
culis geramus: quid teneat nostra conscientia: aut
iudicium eius nequaquam iustum videri: quando pecca-
tores diuitiis abundate vident: gaudere honoribus
sanitate liberis: contra autem: iustos inopes degere
in honores sine liberis: infirmos corpore ludure
quenti. Nec mediocris ea questio: quando quide-
tres illi reges amici iob: propterea cum peccatorum
pronunciantan bant: quia inopem factum ex diuite or-
batum liberis ex sœundo parente perfusum ut
ceribus in horrentemque vili cibo exaratum vulne-
ribus a capite usque ad pedes videbant. Quibus hæc
sanctus Iob proponit assertionem: Si ergo propter
peccata mea hæc patior: cur impii viuunt: Inuete-
rauerunt autem & in diuitiis semen eorum secun-
dum uoluntatem: filii eore in oculis: domus eorum
abundant: timor autem nusque flagellum autem a
domino non est ipsis. Hæc videns infirmus: cor-
de exagitatur: & studium auertit suum. Cuiusdi-
cturus sermones: ante sanctus præmisit Iob dices
Portate me: ego autem loquar: deinde ridete me

Iob. 21.a.

Nam & si arguor, quasi homo arguor. Portate ergo
onus sermonum meorum. Dicitus enim sum quod
non probo: sed ad vos redarguendos: profetam ser-
mones iniquos. Aut certe quia ita est versus. Quid
autem. Nunquid ab homine arguor: Hoc est: ho-
me non potest redarguere: quia peccavi. Et si argui-
dignus sum: quia non ex evidenti culpa me argui-
tis: sed ex iniuriis æsumatis merita delictorum Vi-
dens ergo infirmus abundare iniustos successibus
prosperis: se autem atteri dicit domino. Discedes
me: vias tuas scire nolo. Quid prodest, quia seruum
ei. Aut quæ utilitas, quia occurritimus ipsi. In mani-
bus eorum omnia bona: opera autem impiorum no-
videt. Laudatur in platone q[uod] in politia sua posuit
eum qui contra iusticiam disputandi partes recepi-
set: postulare veniam dictorum quæ non probaret:
& veri inueniendi atq[ue] examinandæ disputatio-
nis gratia: illam sibi impositam personam dicere.
Quod eosq[ue] tullius probauit: ut ipse in libris quos
scripsit de republica: eam sententiam dicenda pu-
tauerit. Quanto antiquior illis Job: qui haec primus
repperit! Nec eloquentiæ phalerandæ gratia: sed
veritatis probandæ prætermittenda æstimauit. Sta-
timq[ue] ipse questionem enodem reddit: subiiciens
q[uod] extinguitur lucerna impiorum: & futura sit eorum
eversio. Non falli deum doctore sapientiæ & dis-
plinæ: sed esse veritatis iudicem. Et ideo non secun-
dum forensem abundantiam æstimandam beati-
tudinem singulorū sed secundum interiorem con-
scientiam: quæ innocentium & flagitiosorum me-
rita discernit: vera atq[ue] incorrupta penitentia pro-
miorumq[ue] arbitra. Mortitur innocens in potestate
simplicitatis sui & in abundantia propriæ volunta-
tis: sicut adipe repletam animam gerens. At vero
peccator q[uod] uis fortis abundet: & delitiis diffluat:

C

ps. 54.c.

odoribus frageret: in amaritudine animæ suæ vitæ
 tam exigit: & ultimum diem claudit: nichil secum
 eorum quæ epulatus fuerat referens: honorum ni-
 hil secum auferens: nisi precia scelerum suorum.
 Hæc cogitans: nega si potes diuini esse iudicij re-
 munerationem. Ille suo affectu beatus hic miser.
 Ille suo iudicio absolutus hic reus. Ille in exitu
 latus hic mœrens. Cui absoluiri potest. qui nec si-
 bi innocens est. Dicite inquit michi: Vbi est prote-
 ctio tabernaculorum eius: Signum eius non inue-
 nietur. Vita etenim facinorosi ut somnium. Ape-
 ruit oculos: transiuit requies eius: euanuit dele-
 statio: licet ipsa quæ videtur etiam dum viuunt
 impiorum requies in inferno est. Viuentes enim
 in inferna descendunt. Vides conuiuum peccato-
 ris: interrogas eius conscientiam. Nonne graui⁹
 omnibus fetet sepulchris: Intueris leticiam eius:
 & salubritatem miraris corporis: filiorum atqz
 opum abundantiam. Introspice vlcera & vibices
 animæ eius: cordisqz moestitudinem. Nam de op-
 bus quid loquar: cum legeris. Quia in abunda-
 tia è vita eius: cum scias quia & si tibi videatur
 diues: sibi pauper est: & tuum iudicium suo refel-
 lat. De multitudine quoqz filiorum: & de indole
 tia quid loquar: cum se ipse lugeat: & sine hærede
 futurum iudicet: cum imitatores sui successores fu-
 os esse nolit. Nulla enim hæreditas peccatoris. Ergo
 impius ipse sibi poena est. Iustus autem ipse sibi glo-
 ria. Et utriqz aut honorum aut malorum operum
 merces ex seipso soluitur. **Capitulum. xiii.**

D

Sed reuertamur ad propositum: ne diuisio-
 nem factam præterisse videamus: quia oc-
 currimus opinioni eorum: qui videntes sceleratos
 quoqz diuites: lætos honoratos: potentes: cum plæ-
 riqz iustorum egeant atqz infirmi sint: putat vel

nihil de nobis deum curare: ut epicurei dicant: vel
nescire actus hominum: ut flagiosi putant: uel si
scit omnia: iniquum esse iudicem: ut bonos egere
patiatur: abundare improbos. Nec superfluis ve-
lut quidam excusus sunt: ut opinioni huiusmodi:
ipsorum affectus responderet: quos beatos iudicat:
cum ipsis se miseros putent. Arbitratus enim sum:
q̄ ipsi sibi facilius q̄ nobis crediderint. Quo decurso
proclive æstimo: ut refellam cetera. Et primo eore
assertionem: qui deum putant curam mundi nequa-
q̄ habere: sicut aristoteles afferit: usq; ad lunam ei
descendere prouidentiam. Et quis operator negli-
glat operis suicuram? Quis deserat & destituat: qd'
ipse condendum putauit: Si iniuria est regere: nō
ne est maior iniuria fecisse: cum aliquid nō fecisse
nulla iniusticia sit: non curare quod feceris, summa
inclémentia. Quod si aut deum creatorum suum
abnegant: aut ferarum & bestiarum se haberi nu-
mero censem: quid de illis dicamus qui hac se co-
demnant iniuria? Per omnia deum ire ipsis alle-
runt: & omnia in virtute eius consistere: vim & ma-
iestatem eius per omnia elementa penetrare: terras
cœlum, maria: & putant iniuriam eius: si mentem
hominis qua nihil nobis ipse præstantius dedit pe-
netret: & diuinæ maiestatis ingrediatur scientia:
Sed horum magistrum uelut ebrium, & uolupta-
tis patronum: ipsis qui putantur sobrii uidentur phi-
losophi. Nam de aristotelis opinione quid loquar
qui putat deum suis contentum esse finibus: & pre-
scripto regni modo degere: vt poetarum loquuntur
fabule: qui mundum in tres ferunt esse diuīsum:
vt alii celum, alii mare, alii inferna coercenda impe-
rii sorte obuenient: eosq; cauere: ne usurpata alie-
narum partium sollicitudine: inter se bellum exci-
tent. Similiter ergo afferit: q̄ terrarum curā non

A
habent: siue maris uel inferni non habet. Et quomodo
ipsi excludunt quos sequuntur poetas. **Cpm.** xiui.

Sequitur illa responsio: utrum deum si operis
sui cura non preterierit: prætereat scientia:
Ergo qui plantauit aurem non audit: qui finxit oculum
non videt: non considerat. Non preteriit hec vanum
opinio sanctos prophetas. Deniq; dauid inducit eos
loquentes: quos superbia inflatos asserit. Quid eni
tam superbium: qd cum ipsis sub peccato sint: alios indi
gne ferant peccatores viuere: dicentes. Usq; quo pecca
tores domine: usq; quo peccatores gloriantur. Et
infra: Et dixerunt: Non videbit dominus: nec intelli
get deus iacob. Quibus respondet propheta dicens:
Intelligite nunc insipientes in populo: & stulti aliq; n
sapite. Qui plantauit aurem: non audiet: aut qui fin
xit oculum: non considerat. Qui corripit gentes no
arguet: qui docet hominem scientiam. Dominus
scit cogitationes hominum: qm vanæ sunt. Q' ea
quæcunq; vanæ sunt deprehendit: ea quæ facta sunt
nescit: & ignorat quod ipse fecit. Potest opus suu
ignorare artifex: Homo est: & in opere suo latetia
deprehendit: & deus opus suum nescit: Alius er
go profundum in opere qd in auctore. Et fecit aliqd
quod supra se esset: cuius meritum ignoraret auctor
cuius affectum nesciret arbitratur. Hæc illis. Cæterum
nobis satis est ipsius testimonium qui ait. Ego sum
scrutans corda & renes. Et in euangelio quidem ait.
dominus iesus. Quid cogitatus mala in cordibus
vestris! Sciebat enim qd cogitarent mala. Deniq;
euangelista testatur dicens: Sciebat enim iesus cog
itationes eorum. Quorum non poterit mouere satis
opinio: si facta eorum consideremus. Nolunt supra
se esse iudicem quem nihil fallat. Nolunt ei dare
occultorum scientiam: qui metunt occulta sua pdi
Sed etiam dominus sciens opera eorum: tradidit

p. 93. a.

Hiere. 17. b.

Luce. 9. e.

Luce. 6. b.

Iob. 24. c.

B

Ecclesiastico.

eos in tenebras. In nocte inquit erit fur. Et oculus adulteri seruabit tenebras dicens. Non considerabit me oculus: & latibulum personæ opposuit lux. Omnis enim qui lucem fugit: diligit tenebras: studens latere: cum deum latere non possit: qui intra profundum abyssi: & intra hominum mentes non solu tractata: sed etiam uoluenda cognoscit. Deniqz & ille qui dicit in ecclesiastico. Quis videt me: & tenebre cooperiunt me & parietes. Quem uereor! quis in lecto positus hæc cogitet. Vbi non putauerit comprehenditur. Et erit inquit dedecus: quod non intellexerit timorem dei. Quid autem tam stolidum quod putare quod deum quicunque extereat: cum sol qui minister luminis est: et abdita penetrat: & in fundamenta domus vel secreta conclavia vis caloris eius irrumpat. Quis neget verna temperie tepefacti interiora terratum: quas glacies hiberna constriterit. Norunt ergo arborum occulta vim caloris vel frigoris: a deo ut radices arborum: aut urantur frigore: aut fotu solis vitescant. Deniqz ubi clæmentia coeli atriserit: varios terra se fundit in fructus. Si igitur radius solis fundit lumen suum super omnem terram: & in ea quæ clausa sunt se inserit: nec vestibus ferreis aut grauium valuarum obicibus: quo minus penetrat impeditur: quomodo non potest intelligibilis dei splendor in cogitationes hominum & corda semet quæ ipse creauit inserere: sed ea quæ ipse fecit non videt: & fecit ut meliora sint quæ facta sunt: & potentiora quod ipse est qui ea fecit: ut possint quando uolunt cognitione sui operatoris latere. Tantam ergo virtutem & potestatem inseruit mente: ut eam comprehenderem cum velit ipse non possit. Capitulum. xv.

Duo absoluimus: & ut arbitramur non incongrue nobis homo cecidit disputatio:

Tertium genus quæstionis residet hmoi: Cur pec
catores abundant opibus & diuitiis: epulentur
iugiter, sine mœrore, sine luctu, iusti autē egeāt:
& efficiantur aut coniugum amissione, aut libe-
torum. Quibus satissimè debuit illa euāgelii
parabola: q̄ diues byssō & purpura induebatur
& epulas copiosas exhibebat quotidie: paup̄ au-
tem plenus viceribus de mensa eius colligebat re-
liquias. Post obitum uero vtriusqz: pauper erat i
sinu abraz̄ requiem habens: diues autem in suppli-
ciis. Nonne evidens est meritorum aut præmia
aut supplicia post mortem manere. Et recte: qā i
certamine labor est, post certamen aliis victoria
aliis ignominia. Nunquid priusq̄ cursus confi-
ciatur: palma cuiq̄ datur aut desertur corona?

2.Ti.4.b.

Merito paulus certamen inquit bonum certauit:
cursum consummavi: fidem seruavi: qd' reliquum
reposita est michi corona iusticæ: quam reddet mi-
chi dominus in illa die, iustus iudex. Non soluz
autem mihi: sed & omnibz qui diligunt aduentū
eius. In illa inquit die reddet non hic. Hic autem
in laboribus in periculis in naufragiis: quasi ath-
leta bonus decerbat: quia sciebat qm̄ per multas
tribulationes oportet nos introire in regnum dei
Ergo non pot quis præmium accipere, nisi legitime
certauerit. Nec est gloriola victoria, nisi ubi fuerit
laboriosa certamina. Nonne iniustus est qui ante-
dat præmium q̄ certamen fuerit absolutum: Ideo
qz dominus in euangelio ait: Beati pauperes pū
qm̄ ipsorum est regnum cœlorum. Non di-
Beati diuites, sed pauperes. Inde incipit beatitudo
iudicio diuino: vbi æxumna æstimatur humano.
Beati qui esuriunt: quia ipsi saturabuntur. Beati
qui lugent: qm̄ ipsi consolationem habebut. Be-
ati misericordes: qm̄ ipsis miserebitur deus. Bea-

Mat. 9.2.

ti mundo corde: o rationam ipsi deum videbunt. Beati qui persecutio- em patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum uobis maledicent homines & persequentur: & dicent omnes in malum aduersum uos: propter iustitiam. Gaudete & exultate: quoniam merces uestra copiosa est in celo. Futuram non presentem in celo non in terra mercedem promisit esse reddendam. Quid alibi poscas quod alibi debent: Quid praepropere coronam exigis antequam vincas: Quid detergere puluerem. Quid requiescere cupis. Quid epulari gestis antequam stadium soluatur: Adhuc populus spectat: adhuc athletæ in stemmate sunt: & tu iam oculum petis. C. xvi.

D

Sed forte dicas: Cur impi latantur. Cur luxuriantur: Cur etiam ipsi non mecum laborant: Quoniam qui non subscripterint ad coronam: non tenentur ad laborem certaminis. Qui in stadium non descenderint: non se profundunt oleo: non obliniunt puluere. Quosmodi et gloria expeditat iniuria. Vnguentati spectare solent: non decertare: non solem aestus puluerem imbrevisque perpeti: Dicant ergo & ipsi athletæ: Venite: nobiscum laborete. Sed respondebunt spectatores. Nos hic interim de uobis iudicamus: vos autem sine nobis coronæ si viceritis gloriam vendicabitis. Iste igitur qui in delitiis: qui luxuria: rapinis: quæstibus honoribus studia posuerunt suos: spectatores magis sunt prelatores. Habent lumen laboris: fructum virtutis non habent. Fouent oculum: astutia & improbitate aggerent diuitiarum aceruos: sed exoluenteram licet nequitarum suarum poenam. Horum requies in inferno tua vero in celo. Horum domus in sepulchro tua in paradyso. Unde pulchre vigilare eos in tumulo iob dixit: quia soporem quietis habere non possunt: quem dormiuit ille qui resur-

Iob. 21. b.

rex. Noli igitur ut parvulus sapere: ut parvulus lo-
 qui: ut parvulus cogitare: ut parvulus vendicare ea
 quae sunt posterioris ætatis. Perfectorum est corona
 Expecta ut veniat quod perfectum est: qn non p spe-
 ciem & in ænigmate: sed facie ad faciem formam ip-
 sam redoptæ veritatis possis cognoscere. Tunc qua-
 qua causa ille diues fuerit qui erat improbus & rap-
 tor alieni: q causa potens alius: q causa ille abu-
 deret liberis ille fultus honoribus reuelabitur. Fortas-
 se ut dicatur raptor: diues eras qua causa aliena ra-
 piebas! Aegrestas non compulit: ihopia non coegit. No-
 ne ideo te diuitem feci: ut excusationem habere non
 possis. Dicature etiam potenti: cur non affuisti vidux
 orphanis quoqz iniuriam patientibus? Nunquid
 tu infirmus eras? Nunquid non poteras subuenire?
 Ideo te feci potentem: ut non inferres violentia sed
 repelleres. Nonne tibi scriptum est. Eripite iniuria pa-
 tientem! Nonne tibi scriptum est. Eripite pauperem
 & egenum de manu peccatoris liberate. Dicat etiam
 abundanti liberis. Honoribus cumulauite: salubri-
 tatem corporis concessi tibi: cur non secutus es præ-
 cepta mea: famule meus quid fecit tibi: aut quid con-
 tristauit te. Nonne ego tibi liberos dedit: honores con-
 tuli: salutem donavi: Cur menegabas: Cur estima-
 bas quod ad sciām meam quæ gereres non perueni-
 rent. Cur tenebas dona mea: despiciebas mandata
 mea! Deniqz de Iuda proditore hæc colligere licet:
 qui & apostolus inter duodecim electus est. & loculos
 pecuniarum quas pauperibus erogaret: commissos
 habebat: ne videretur: aut quasi inhonoros: aut qsi
 ægenus dominum prodiisse. Et ideo ut iustifica-
 retur in eo dominus: hæc ei contulit: ut non quasi in-
 iuria exasperatus: sed quasi prævaricatus gram: ma-
 jori eet offendæ obnoxius. Capl. xvii.
Quoniam igitur & poenam improbitati: &

1. Co. 13. v.

Eccl. 4 b.
Ps. 81. a.

A

B
virtuti fore praeium satis claruit: de officiis ag-
grediamur dicere: quæ nobis ab adolescentia specta-
da sunt: ut cum ætate accrescant simul studia bo-
norum ædium. Est igitur bonorum adolescentium
timoré dei habere: deferrit parentibus honorem: ha-
bere senioribus reverentia. in castitatem tueri: nō
aspernari humilitatē: diligere clémentiam ac ve-
recundiam: quæ ornamento sunt minori ætati. Ut
enim in senibus grauitas: in uenibus alacritas:
ita in adolescentibz verecundiæ: velut q̄dam dote
comendatur naturæ. Erat Isaac deum timens: vt
potie Abræ indoles: deferens patri honorem usqz
eo ut aduersus paternam uoluntatem nec morte
recusaret. Ioseph quoqz cum somniasset q̄ sol &
luna & stellæ adorarent eum: sedulum tñ obse-
quium deferebat patri. Cætas ita ut ne sermonē
quidem audire vellet nisi dicum: Humilis us-
qz ad servitudinem verecundus usqz ad fugam: pati-
ens usqz ad carcerem: remissor iniuriæ usqz ad re-
munerationem. Cuius tanta verecundia fuit: vt
comprehensus a muliere: vestem in manibus ei⁹
fugiens mallet relinquere: q̄ verecundiam de-
ponere. Moyses quoqz & Hieremias electi a do-
mino: ut oracula dei prædicarent populo: quod
poterant per gratiam: excusabant per verecundia.

Dicitur igitur virtus. Capl. xviii.
verecundia: & suauis gratia: quæ non so-
lum in factis: sed etiam in ipsis spectatur sermoni-
bus: Ne modum progrederis loquendi: ne quod
indecorum sermo resonet tuus. Sp̄ ulum enim
mentis plerumqz in verbis refulget. Ipsum vo-
cis sonum libret modestia: ne cuiusq̄ offendat
aurem vox fortior. Deniqz in ipso canendi gene-
re. prima disciplina verecundia est: imo etiam i
omni usu loquendi: ut sensim quis aut psallere:

aut canere: aut postremo loqui incipiat: ut verecū
 da principia commendent processum. **C** Silē
 tium quoq; ipsum in quo est reliquarum virtutū
 ocium: maximus actus verecundiæ est. Deniq; si
 aut infantiæ putatur. aut superbiæ probro datur.
 si verecundiæ laudi ducit. Tacebat in periculis Su
 sanna: & grauius verecundiæ q̄ vitæ damnum
 putabat: nec arbitrabatur periculo pudoris tuen
 dam salutem. Deo soli loquebatur, cui poterat ca
 sta verecundia eloqui: refugiebat ora intueri vi
 rorum. Est enim & in oculis verecundia: vt nec
 videre viros foemina: nec videri velit. Neq; vero
 quisq; solius hanc laudem castitatis putet. Est
 enim verecundia pudicitiæ comes: cuius societa
 te castitas ipsa tutior est. Bonus enim regendæ
 castitatis pudore est comes: q̄ si se prætendat ad
 ea quæ prima pericula sunt: pudicitiæ temerari
 non sinat. Hic primus in ipso cognitionis in
 gressu domini matrem commēdat legentibus:
 & tanq; testis locuples dignam quæ ad tale mu
 nus eligeretur: astruit: q̄ in cubiculo: q̄ sola: q̄ fa
 lutata ab angelo tacet: & mota est in introitu ei?
 q̄ ad virilis sexus speciem peregrinam turbatur
 aspectus virginis: Itaq; q̄vis esset humilis: præ
 verecundia tñ non resalutauit: nec ullum respon
 sum retulit: nisi vbi de suscipienda domini gene
 ratione cognouit: ut qualitatem effectus disceret
 non vt sermonem reuellet. **R** In ipsa quoq; o
 ratione nra multum verecundia placet: multū
 conciliat gratiæ apud deum nostrum. Nonne
 hæc prætulit publicanum: & commendauit eū
 qui nec oculos audebat ad cœlum leuare? Ideo
 iustificatur magis domini iudicio: q̄ ille phari
 læus: quem deformauit præsumptio. Ideoq; ore
 mus in corruptione quieti & modesti spiritus

qui est ante deum locuples: ut ait petrus Mag
na igitur modestia: quæ cum sit etiam sui iuris
remissior: nihil sibi usurpans: nihil vendicans:
& quodammodo inter vires suas contractior: diues
est apud deum: apud quem nemo diunes. Diues
est modestia: quia portio dei est. Paulus quoq; o-
rationem deferri præcepit cum verecundia & so-
brietate. Primam hanc & quasi præuiam vult eę
orationis futurę: ut non glotinetur peccatoris oto-
sed quasi colorem pudoris obducat: qui q; plus de-
feti verecundię de recordatione delichi: eo vberio-
rem meretur gratiam: Est etiam in ipso motu: ge-
stu: incessu: tenenda uerecundia. Habitus enim
mentis: in corporis statu cernitur. Hinc homo cor-
dis nostri absconditus: aut leuior: aut iactantior
aut turbidior: aut contra grauior: & constantior
& purior: & maturior estimatur. Itaq; vox quæ
dam est animi: corporis motus. Memistis filii qn-
dam amicum cum ledulis se videretur commen-
dare officiis: hoc solo tñ in clerum a me non recep-
tum: q; gestus eius plurimum dedecet. Altere
quoq; cum in clero repperisset: iubere me ne vn-
q; præuret michi: quia velut quodam insolentis
cessus verbere oculos ferit meos: Idq; dixi: cum
redderetur post offenditam müeri: hoc solum exce-
pi: nec fecellit fina: Vterq; enim ab ecclesia recel-
lit: vt qualis incessus prodebat: talis pfidia a
animi demonstraret. Nāq; alter arrianę infesta-
tionis tempore fidem deseruit: alter pecuniae
studio ne iudicium subiret sacerdotem se n̄m
negauit. Lucebat in illorum incessu imago leui-
tatis: sp̄es quædam scurrarum pcursantiū. Sūt
etiam qui sensim ambulando imitantur histrio-
nicos gestus: & quasi quædam fercula pōparum
& statutum motus nutantium: ut quotiens

cunq; gradum transferunt: modulos quosdam ser
 uare videantur. Nec cursum ambulare honestum
 arbitror: nisi cum causa exigit alicuius periculi
 vel iusta necessitas: Nam p; erumq; festinates
 anhelos uidemus torqueat ora: quibus si causa
 desit festinationis necessitatæ: nævius iustæ offe
 sionis est: Sed non his dico: quibus rara propera
 tio ex causa nascitur: sed quibus iugis & conti
 nua in naturam vertitur. Nec in illis ergo tan
 q; simulacrorum effigies probo: nec in istis tāq; excusorum ruinas: Et etiam gressus p; babilis:
 in quo sit sp̄s auctoritatis: grauitatisq; pondus
 tranquillitatis uestigium: ita tñ si studium de
 sit atq; affectio: sed motus sit purus ac simplex
 Nihil enim fucatum placet: motum natura infor
 met. Si quid sane in natura vitii est. industria
 emendet: ut ars desit: non desit correctio. Q
 si etiam ista spectantur altius: qnto magis cauen
 dum est: ne quid turpe ore exeat. Hoc enim gra
 uiter coquinat hominem. Non enim cibus in
 quinat hominem: sed iniusta obtrectatio: sed
 verborum obsecritas. Hec etiam uulgo podo
 ri sunt: In nr̄o uero officio: nullum verbum qd;
 inhoneste cadat: non incutit verecundiam. Et no
 solum nihil ipsi indecorum loqui: sed ne autem
 quidem debemus hmoi præbere dictis: sicut ioseph
 ne incongrua suæ audiret verecundizæ: ueste fugit
 relieta: qm̄ quem delebat audire: alterū loqui
 prouocat. Intelligere quoq; quod turpe sit: podo
 ri maximum est: Spectare vero si quid hmoi for
 tuitu accidat qti horroris est. Quod ergo in aliis
 displicet: nunquid pot in seipso placere: Nec hoc
 ipsa natura nos decet: quæ perfecte quidem oes
 partes nostri corporis explicauit: ut & necessita
 ti consuleret & grām venustaret. Sed tñ eas quæ

decori aspectu forent: in quibz formæ apex qua-
si in arce qd am locatus: & figuræ suavitas: &
vultus spes emineret: operandiqz vsus esset pa-
riator: obuias atqz apertas reliquit: Eas vero in
quibus esset naturale obsequium necessitatis:
ne deforme sui præberent spectaculum: partim
tanqz in ipso emendauit atqz abscondit corpore
partim docuit & suasit tegendas. Nonne igitur
ipsa natura est magistra verecundiae. Cuius ex-
plo modestia hominum (quam a modo sciz qd
deceret appellatam arbitror) id quod in hac nrri
corporis fabrica abditum repperit: operuit & te-
xuit: ut ostium illud tegebatur quod ex trans-
uerso faciendum in arca illa Noe iusto dictum
est: in qua vel ecclesiæ vel nostri figura est cor-
poris: per quod ostium egeruntur reliquie cibo-
rum. Ergo naturæ opifex: sic nostræ studuit ve-
recundiae: sic decorum illud & honestum in nrro
custodiuit corpore: ut velut ductus quosdam a
quæ: exitus cuniculorum nrro: post tergum tele-
garet: atqz ab aspectu nostro auerteret: ne pur-
gatio ventris vsum oculorum offenderet: De q^o
pulchre Apostolus ait: Quæ videntur inquit me-
bra corporis infirmiora: necessariaora sunt. Et q
putamus signobiliara esse membra corporis: his
abundatiorem honorem circudamus: & quæ i
honestæ sunt nræ: honestatem abundantiorem ha-
bent. Etenim imitatione naturæ industria auxit
gratiam. Quod alio loco etiam altius interpreta-
ti sumus: ut non solum abscondamus ab oculis
veruetiam quæ abscondenda accèpimus: eoru
indicia ususqz membrorum suis appellationibz
nuncupare indecorum putemus. Deniqz si ca-
su aperiuntur hæ partes: confunditur verecun-
dia: si studio: impudentia estimatur. Vnde &

silius. Noe. Cham offenditam retulit. quia nudatus
videns patrem visum. Qui autem operuerunt pa-
trem: acceperunt benedictionis gratiam. Ex q-
mos vetus: & in urbe Roma: & in plazisqz ciui-
tatis suis: ut filii cum parentibus puberes vel
teneri: non lauarent: ne paternæ reverentiae au-
toritas minuerent: licet plazisqz se & in lauacro
quantum possunt tegant: ne vel illic ubi nudum
totum est corpus: homini in tecta portio sit. Sacer-
dotes quoqz veteri more sicut in exodo legimus
brachas accipiebant: sicut ad moysen dictum est
a domino: Et facies illis brachas lineas ut tegat
tur pitudo pudoris: a lumbis usqz ad femora erunt
& habebit eas. Aaron & filii eius: cum intrabut
in tabernaculum testimonii: & cum accident
sacrifice ad aram sancti: & non inducet super
se peccatum: ne moriantur. Quod nonnulli no-
strorum seruare adhuc feruntur: plazis spi-
rituali interpretatione ad cautionem verecun-
dæ: & custodiad castitatis dictum arbitrant

Gen. 9.3.

Exo. 28.

DElectauit me diutius. **C**apit. xix.
In partibus demorari verecundia: q-
ad vos loquebar: qui aut bona eius ex vobis
recognoscitis: aut damna ignoratis. Quæ cu-
sit omnibus æratibus: personis: temporibus &
locis apta: tñ adolescentes: iuuenilesqz annos
maxime decet. In omni autem seruandum æ-
tate: vt deceat quod agas: & conueniat & qua-
dret sibi ordo vitæ suæ. Vnde Tullius etiam or-
dinem putat in illo decoro seruari oportere: id
qz positum dicit in formositate: ordine: ornatu
ad actionem apto. Quæ difficile ait loquendo
explicare posse: & ideo satis esse intelligi. For-
mositatem autem cur posuerit: non satis intel-
ligo. Quis enim ille vires corporis laudet:

Tulli li. i.
de officio
decori.

nos in certe in pulcritudine corporis locum virtutis non ponimus: quam tamen non excludimus: quia verecundia & vultus ipsos solet pudore perfundere: gratioresque reddere. Ut enim artifex in materia commodiore melius operari solet: sic verecundia in ipso quoque corporis decore plus eminet: ita tamen ut etiam ipse non sit affectatus decor corporis: sed naturalis: simplex: neglectus magis quam expetitus non preciosis & albentibus adiutus vestimentis sed coibus: ut honestati uel necessitati nihil desit: nihil accedit nitor. Vox ipsa non remissa: non facta: nihil foemineum sonans: qualem multi gravitatis specie simulare consuerunt: sed formam quendam & regulam ac sicut virilem reseruans Hoc est enim pulcritudinem viuendi tenere: conuenientia cuique sexui & personae reddere. Hic ordinatur optimus: hic ornatus: ad omnem actionem accommodus: Sed ut molliculum & infractum: aut uocis sonum: aut gestum corporis non probo: ita neque agrestem ac rusticum. Naturam imitemur. Eius effigies: formula disciplinæ: forma honestatis est.

Capitulum. xx.

Habet sane suos scopulos uerecundia: non quos ipsa inuehit: sed quos sepe incurrit Si intemperantium incidamus consortia: qui sub specie iocunditatis uenenum infundunt bonis: hi si assidui sunt: & maxime in conuiuio: ludo: ac ioco: eneruant gravitatem illam virilem: Cauemus itaque ne dum relaxare animum volum soluamus omnem harmoniam: quasi concentum quedam bonorum opem: Usus enim cito influet naturam. Unusque prudenter factis conuenire ecclesiasticis: & maxime ministrorum officiis arbitror: declinare extraneorum conuiuia: uel ipsi hospitales sitis peregrinantibus: uel ut ea

cautione nullus sit opprobrio locus. Conuiua q̄ppe
 extraneorum occupationes habent: cum etiam epu-
 landi produnt cupiditatem: Surrepunt etiam fa-
 bulæ frequenter de s̄culo ac uoluptatibus: clau-
 dere aures non potes: prohibere: putatur superbia:
 surrepunt etiam præter voluntatem pocula. Melius
 est tamen domui semel excuses necessitati satisfacien-
 do q̄ alienæ frequenter: & ut ipse sobrius surgas:
 Tamen ex aliena insolentia condennari nō debet
 præsentia tua. ¶ Viduarum ac virginum domos
 nisi visitandi gratia iuniores adire non est opus.
 Et hoc cum senioribus: hoc est: vel cum epo: vel si
 grauior est causa cum presbyteris. Quid necesse est.
 vt demus obtreclandi locum secularibus. Quid op̄
 est: vt ille quoq; visitationes cœbre accipiant audio-
 ritatem. Quid si aliqui illarum forte labatur. Cura-
 lieni lapsus sub eas inuidiam. Qd multos etiam for-
 tes illecebra decepit: Quantu[m] non dederunt errori
 locum: & dederunt suspicioni. Cur non illa tempora
 quibus ab ecclesia vacas: lectioni impendas: Cur
 non christum reuisas: christum alloquaris: chris-
 tum audias: Illum alloquimur cum oramus: il-
 lum audimus cum diuina legimus oracula: Qd
 nobis cum alienis domibus: Una est domus: quæ
 omnes capit. Illi potius ad nos veniant: qui nos
 requirunt. Quid nobis cum fabulis: Ministeriu[m]
 altari bus christi: non obsequium hominibus de-
 ferendum recepimus. Humiles nos esse decet:
 mites decet: mansuetos: graues: patientes: modu-
 tenere in omnibus: vt nullum vitium esse in mo-
 ribus: vel tacitus vultus: vel sermo annuncient.

C Aueatur iracundia. ¶ Capitulum. xxi.
 Aut si precaueri non potest: cohabeatur
 Mala enim lex peccati indignatio est: quæ ita al-
 nimum perturbat: ut rationi non relinqt locū

Primum est igitur si fieri potest ut morum tranquilitas vsu quodam affectioni suæ proposito in naturam vertatur. Deinde quoniam ita plerique motus infixus est naturæ ac moribus: ut euelli et atque evitari non queat: si præuideti non potuerit ratione reprimatur. Aut si prius occupatus fuerit animus: ab indignatione quæ consilio prospici ac præuideri potuerit: ne occuparetur: meditare quomodo tum animi tui viceras: iracundiam temperes. Resiste iræ si potes: cede si non potes: quia scriptum est. Date locum iræ. ¶ Iacob fratri indignanti p[ro]xime cessit & Rebbecca: id est: patientia instrucluston filio: abesse maluit & peregrinari quæ excitare fratris indignationem: & tunc redire cum fratrem mitigationem putaret. Et ideo tantam apud deum inuenit gratiam. Quibus deinde obsequiis: quantis munib[us] fratrem ipsum reconciliavit sibi: ut ille præcepta benedictionis non meminisset: meminisset delata satisfactionis. Ergo si præueniterit & præoccupauerit mentem tuam iracundia: & ascenderit intentio reliquias locum tuum. Locustuus: patientia est: locutus sapientia est: locus tuus ratio est: locus tuus sedatio indignationis est: Aut si te contumacia respondetis mouerit: & peruersitas impulerit ad indignationem: si non potueris mitigare mente reprime linguam tuam. Sic enim scriptum est: Cohibe linguam tuam a malo: & labiatua ne loquantur dolor. Deinde inquire pacem: & seq[ue]ram. Pacem illam sancti Iacob vide: quæ primum sedato animum. Si non præualueris: frenos ligare impono tibi. Deinde reconciliationis studium non prætermittas. Haec oratores sæculi de nostris usurpata in suis posuere libris. Sed ille sensus huius habet gratiam qui prior dixit: Vitamus ergo aut temperemus iracundiam: nescit ei aut

Ro. 12. d.

Gen. 27. g.

D

ps. 33. c.

in laudibus exceptio: aut in vitiis exaggeratio. Nō
 mediocre est: mitigare iracundiam: non inferius
 q̄ omnino non commoueri. Hoc nostrum est: na-
 turæ illud. Ille deniq; commotiones in pueris in-
 noxiæ sunt: quæ plus habent gratiæ: q̄ amaritu-
 dinis. Et sic ito pueri inter se mouentur: facile se-
 dantur: & maiori suauitate in se recurrent. Nel-
 ciunt se subdole artificioseq; tractare. Nolite hos
 contenerre pueros: de quibus dñs ait. **I**isi conuer-
 si fueritis & efficaciamini sicut paruuli: non intrabi-
 tis in regnum coelorum. Itaq; & ipse dominus:
 hoc est: dei virtus: sicut puer cum malediceretur:
 non remaledixit: cum percuteretur: non repercu-
 sit. Ita ergo te contempera: ut quasi puer iniuriam
 non teneas: maliciam non exerceas: omnia ate in-
 nocenter profiscantur. Non consideres quid ab
 aliis inter referatur: locum tuum serua: simplicita-
 tem & puritatem tui pectoris custodi. Noli respo-
 dere irato ad iracundiam eius: siue imprudenti
 ad imprudentiam eius. Cito culpa culpa excutit:
 Si lapides teras: nonne ignis erumpit: Ferūt gen-
 tiles ut in maius omnia verbis extollere solent ar-
 chytæ & tarentini dictum philosophi: quod ad villi-
 cum suum dixerit. O te in foelicem: q̄ te affligere
 nisi iratus essem. Sed etiam David & armatam
 dexteram in indignatione comprescerat. Et q̄nto
 plus est non remaledicere: q̄ non vindicare. Et bel-
 latores aduersus Nabal ad ultionem paratos:
 Abigail deprecatione reuocauerat: Vnū aduertim
 tempestiuis quoq; intercessionibus non solum ce-
 dere nos: sed etiam delectati oportere. Eousq; au-
 tem delectatus est: ut benediceret interuenientē:
 quo ab studio vindicte reuocatus foret. **M**iam
 dixerat de inimicis suis: Quoniam declinauerūt
 in me iniquitates: & in ira molesti erant michi:

Mat. 18. 2.

Ps. 94. b.

A

Audiamus turbatus ī ira quid dixerit. Quis da-
bit mihi pennas sicut columbe: & uolabo & requi-
escam: illi ergo ad iracundiam prouocabant: hic
tranquillitatem eligebat. Iam dixerat: Irascimini
& nolite peccare. Moralis magister: qui naturale
affectum infleßendum magis rōne doctrinæ: q̄
extirpandum nouerat: moralia docet. Hoc est:
Irascimini ubi culpa est: cui irasci debeat. Nō
pōt enim fieri: ut non rerum indignitate mouea-
mur: atioquin non virtus: sed lenitudo & remis-
sio iudicatur. Irascimini ergo ita: ut a culpa absti-
neatis. Vel sic: Si irascimini: nolite peccare: sed vi-
cite rōne iracundiam. Vel certe sic: Si irascimini:
uobis irascimini: quia commoti estis: & non pec-
cabitis. Qui enim sibi irascitur: quia cito commo-
tus est: desinit irasci alteri. Qui autem vult iram
suam iustum probare: plus inflammatur: & cito
in culpam cadit. Melior est autem secundum Sa-
lomonem: qui iracundiam continet: q̄i qui vrbem
capit: quia ira etiam fortes decēpit. Cauere igitur
debemus: ne in perturbationes prius incidamus:
q̄ animos nōs ratio componat. Examinat enim
mentem plerumq; aut ira: aut dolor: aut formi-
do mortis: & improviso percellit iactu. Ideo praeve-
nire pulcrum est cogitatione: quæ uoluendo men-
tem exerceat: ne repentinis excitetur commotioib;
sed iugo quodam rationis & habenis consticta
mitescat.

Capitulum. xxv.

Sunt autem gemini motus: hoc est: cogita-
tionum: & appetitus: alteri cogitationum: alteri
appetitus: non confusi: sed discetti & dispares Co-
gitationes verum exquirere & quasi emolare mu-
neris habent: appetitus ad aliquid impellit agen-
dum atq; excitat. Itaq; ipso genere naturæ suæ:
& cogitationes tranquillitatem sedationis infu-

dunt: & appetitus motum agendi excutit. Ita ergo
 formati sumus: ut bonarum rerum subeat animum
 cogitatio: appetitus autem rationi obtemperet si
 uere ut illud decorum custodiamus: animum no-
 rum intendere ne rationem excludat rei alicui
 affectus: sed rō quod honestati conueniat: examinet.
B. Et qm ad conseruationem decoris spectare dixim?
 ut sciamus in factis dictis q̄s modus: prior autē
 ordo loquendi q̄ faciendi est: sermo in duo diuidit
 In colloquium familiare: & in tractatum discep-
 tio nemoq̄ fidei atq̄ iusticie. In utroq̄ seruandum ne-
 sit aliq̄ perturbatio: sed rāq̄ mitis & placidus: &
 benivolentia plenus & gratia: sine ulla serimo-
 ducatur contumelia. Absit p̄tinax in familiari ser-
 mone contentio: quæstiones enim magis excitare
 inanes: q̄ utilitatis aliquid afferre solet. Discep-
 tio sine ira: suauitas sine amaritudine sit: moni-
 tio sine asperitate: hortatio sine offensione. Et si-
 cut in omni actu viræ id cauere debemus ne rōne
 nimius animi motus excludat: sed teneamus cō-
 silii locum: ita etiam in sermone formulam eam
 animi tenere conuenit: ne aut ira excitetur: auto-
 dium: aut cupiditatis nræ: aut ignauiz aliq̄ exp-
 manus indicia. Sit igitur sermo huiusmodi de
 scripturis maxime. Quid enim magis nos oportet
 loqui: q̄ de conuersatione optima: adhortatione
 obseruationis: disciplinæq̄ custodia. Habeat ca-
 put eius rationem: & finis modum: Sermo enim
 tedious iras excitat. Quero indecorum: ut cum oīs
 confabulatio habere soleat incrementū gratia: ha-
 beat n̄xuum offensionis. Tractatus quoq̄ de doc-
 trina fidei: de magisterio continentia: de discep-
 tione iusticia: de hortatione diligentia: non v-
 nus semper: sed ut se dederit lectio nobis & atti-
 piendus est: & prout possumus prosequendus:

Neq; nimium prolixus: neq; cito interruptus:
ne uel fastidium derelinqt: uel desidiam pro-
dat atq; incuriam. Oratio sit pura: simplex: dilu-
cida: atq; manifesta: plena grauitatis & ponde-
ris: non affectata elegancia sed non intermissa grā.

Multa præterea de **Capitulum. xxiii.**
ratione dicendi dant præcepta seculares
viri quæ nobis prætereunda arbitror: ut de io-
candi disciplina. Nam licet interdum honesta
ioca ac suauia sint: tamen ab ecclesiastica abhor-
rent regula. Quoniam quæ in scripturis sanctis
non reperimus: ea quemadmodum usurpare
possimus: Cauendum est etiam in fabulis: ne
inflestant grauitatem seuerioris propositi. Vx
vobis qui ridetis quia flebitis: ait dominus: &
nos ridendi materiam requiritus: ut hic riden-
tes: illic fleamus: Non solum profusos: sed om̄s
etiam iocos declinandos arbitror. Plenum tñ
grauitatis & gratiæ sermonem esse: non inde-
corum est. **N**am de uoce quid loquar: quā
simplicem & puram esse satis arbitror. Cano-
ram autem esse: naturæ est. non industrie. Sit
sane distincta pronunciationis modo: & plena
suci vivilis: ut agrestem ac subrusticum fugiat
sonum: non ut rithmum affectet sc̄enicum: sed
mysticum fetuet. **C**apitulum. xxiv.

De ratione dicendi satis dictum puto:
nunc de actione vitæ quid congruat
consideremus. Tria autem in hoc genere specta-
da cernimus. Vnum ut rationi appetitus non
reluetetur. Hoc enim solummodo pñt officia
nra illi decoro conuenire. Si enim appetitus
rationi obediat: facile id quod deceat in oibz
officiis conseruari potest. Deinde ne maiore
studio q̄ res ipsa est quæ suscipitur: uel mi-

nore: aut paruam magno ambitu suscepisse aut magnam inferiore destituisse videamus. Tertium de moderatione studiorum operumq; nro rum. De ordine quoq; rerum: & de opportunitate temporum: non dissimulandum puto. Sed primum illud quasi fundamentum ē omnium ut appetitus rationi pareat. Secundum & tertium idem est: hoc est in utroq; moderatio. Vacat enim apud nos speciei liberalitas: quæ pulcritudo habetur: & dignitatis contemplacio. Sequitur de ordine rerum & de opportunitate temporū. Ac p; hoc tria sunt quæ videamus: utrum in aliquo sanctorum consummata possimus docere. Primum igitur ipse pater Abraam: qui ad magis terium futuræ successionis informatus & instructus est: iussus exire de terra sua: & de cognitione sua: & de domo patris sui: nōne multiplicite necessitudinis præstrictus affectu: tñ appetitum rationi obedientem præbuit. Quem enim terræ suæ: cognitionis domus quoq; propriae gratia: non delectaret. Et hunc ergo mulcebat suorum suauitas: sed imperii cœlestis & remunerationis æternæ consideratio mouebat amplius. Nonne considerabat uxorem imbecillum ad labores: teneram ad iniurias: decorā ad incentiū insolentium: sine summo nō posse duci periculo. Et tamen subire omnia: q; excusare consulti dijudicauit. Deinde cum descendere in ægyptum monuit ut diceret se sororem esse: non uxorem ipsius. Aduerte quāti appetitus. Timebat uxoris pudori: timebat p; propria saluti: suspecta habebat ægyptiorum libidines: & tamen prævaluit apud eum ratio: exequendæ deuotionis. Considerauit enim q; dei fauore ubiq; tutus esse posset: offensio

Gen. 12. 2.

D.

autem domino: etiam domi non posset illæsus
manere. Vicit igitur appetitum ratio: & obediē-
tem sibi præstisit. Capto nepote: nō perterritus
neqz tot regum turbatus populis: bellum repe-
tuit: uictoria potitus: prædæ ptem cuius ipse fuit
auctor recusauit. Promissio quoqs sibi filio: cū
consideraret emortui corporis sui vires deposi-
tas: sterilitatem coniugis: & supremam senectu-
tem: etiam contra usum naturæ deo credidit:
Aduerte conuenire omnia. Appetitus nō defuit
sed repressus est animus æqualis gerendis: qui
nec magna pro culibus: nec minora p magnis
duceret: Pudentem talis decet distributio:
quæ auctoritate qđrifidæ innitatur. Mode-
ratio erat illi pro negotiis: ordo rerum: oppor-
tunitas temporum: mensura uerbotum. Ecce
senarii habes pfectionem. Fuit Abraam fide p-
mus: iusticia præcipius: in prælio strenuus: i
victoria non auarus: domi hospitalis: uxori
sedulus. Sanctum quoqs eius nepotē Iacob
delectabat domi securum degere: sed mater
uoluit eum peregrinari: ut daret fraternæ ira-
cundiae locum. Vicit appetitum: consilii salu-
britas. Exul a domo: profugus a parentibus:
ubitamen conuentem mensuram negotiis
tenuit: & tēpibus opportunitatem reseruauit
Acceptus domi parentibus: ut alter maturita-
te prouocatus obsequii benedictionē daret:
alter amore pio propenderet. Fraterno quoqs
iudicio prælatus: cum cibum suum fratri ce-
dendum putasset: delectabatur vtqz alimento
secundum naturam sed secundum pietatem
cessit petito. Pastor domino gregis fidus: so-
cero gener sedulus: impiger in labore: in con-
iuio parcus: in satisfactione præuius: in re

A.

muneratione largus. Deniqz sic fraternam mi-
tigavit iracundiam ut cuius uerebatur inimici-
tias adipisceretur gratiam. Quid de Ioseph lo-
quar: qui vtqz habebat cupiditatem libertatis
& suscepit seruitii necessitatem. Quod subditus in ser-
uitute: quod in virtute constas: quod benignus in carce-
re: sapiens in interpretatione: in potestate mode-
ratus: in ubertate prouidus in fame iustus: ordi-
nem laudis rebus adiugens: & opportunitatem te-
poribus. exequitatem populis officii sui. moderatio-
ne dispensans. **I**ob quoqz iustus: secundis
atqz aduersis rebus irreprehensibilis: patiens gratio
deo atqz acceptus: vexabatur doloribus: sed se co-
solabatur. David etiam fortis in bello: patiens in
aduersis: in hierusalem pacificus: in victoria man-
suetus: in peccato dolens: in senectute prouidus:
rerum modos: vices temporum: per singularū
sonos seruauit etatum: ut michi videatur non
minus viuendi genere: quod canendi suavitate prox
dulcis moralem deo sui fudisse meriti cantile-
nam. **Q**uid his viris principalium virtutē
officium defuit. Quarum primo loco constitue-
runt prudentiam: quae in veri inuestigatione
versatur: & scientiae plenioris infundit cupi-
ditatem. Secundo iusticiam: quae suum cui-
qz tribuit: alienum non vendicat: utilitatem
propriam negligit: ut communem exequitatem
custodiat. Tertio fortitudinem: quae & in rebus
bellicis excelsi animi magnitudine: & domi emi-
net: corporisqz prestat virtibus. Quarto tempe-
rantiam: quae modum ordinemqz seruat om-
nium: quae uel agenda uel dicenda arbitramur.
NAec forsitan aliquis. Caplin. xxv. —
dicat primo loco ponи oportuisse: quod
ab his quattuor virtutibus nascuntur officio

rum genera. Sed hoc artis est. ut primo officium definiatur: postea certa in genera dividatur. Nos autem artem fugimus: exempla maiorum proponimus: quæ neq; obscuritatem afférunt ad intelligendum: neq; ad tractandum versutias. Sit igitur nobis vita maiorum disciplinæ speculum: non calliditatis commentarium imitandi reverentia: non disputandi astutia. Fuit igitur in sancto Abraam primo loco prudentia: de quo dicit scriptura. Credidit Abraam deo: & reputatū est illi ad iusticiam. Nemo enim prudens: q; deum nescit. Deniq; insipiens dixit. Qā non est deus. Nam sapiens non diceret. Quomodo doenim sapiens: qui non requirit auctore suū: qui dicit lapidi. Pater meus es tu: qui dicit diabolo: ut Manichæus: Auctor meus es tu. Quō sapiens ait. ut Arrianus qui mauult imperfектum auctorem habere atq; degenerē: q; verum atq; perfectum. Quomodo sapiens: ut Marcion atq; Eunomius: qui malūt deum malum q; bonum habere. Quomodo sapiens: q; deum suum non timet: Initium enim sapientiae timor domini. Et alibi habes. Sapientes non declinant de ore domini: sed tractant i confessionibus suis. Simul quoq; dicendo scriptura: Reputatum est ei ad iusticiam: alteri? virtutis gratiam ei detulit. Primum igitur nostri definierunt prudentiam in veri consistere cognitione. Quis enim illorum ante Abraam Dauid: Salomonem. Deinde iusticiam spectare ad societatem generis humani. Deniq; Dauid ait. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in eternum. Iustus misericordia: iustus commodat. Sapienti & iusto: to

Gen. 15. b.

ps. 52. 2.

Ecc. 1. b.

ps. 111. b.

pro. 18. c.

tus mundus diuitiarum est. Iustus communia
pro suis habet: sua pro communibus. Iustus se
ipsum priusq; alios accusat. Ille enim iustus:
qui nec sibi parcit: & occulta sua latere nō pa-
titur. Vide q̄ iustus Abraam. In senectute
suscepit filium per reprobationem: reposcē-
ti domino negandum ad sacrificium (quis v-
nicum) non putauit. Aduerte hic omnes virtu-
tes quatuor: in uno facto. Fuit sapientiae deo:
credere: nec filii gratiam anteferre auctoris præ-
cepto. Fuit iusticiæ: acceptum reddere. Fuit for-
titudinis: appetitum ratione cohibere. Ducebat
hostiam pater: interrogabat filius: temptabat
afflatus patiūs: sed non vincēbatur. Repetebat
filius appellationem paternam: cōpungebat
paterna viscera sed non minuebat deuotionē.
Accedit & quarta virtus temperantia. Tenebat
iustus & pietatis modum: & executionis ordi-
nem. Deniq; dum sacrificio necessaria uehit
dum ignem adolet: dum filium ligat: dū gla-
dium educit: hoc immolandi ordine meruit:
ut filium reseruaret. Quid sapientius sancto
Iacob: qui deum vidit facie ad faciem: & me-
ruit benedictionem. Quid iustius eo: qui ea
quæ acquisierat oblatis munetibus cum fra-
tre diuisit. Quid fortius eo: qui cum deo lu-
ctatus est. Quid modestius eo: qui modestia.
ita & locis & temporibus deferebat: ut filiæ/
iniuriāt mallet pretexere coniugio q̄ vindi-
care: eo q̄ inter alienos positus amori potius
consulendum: q̄ odia colligenda censebat. Noe
q̄ sapiens: q̄ tantam fabricauit archā. Q̄ iu-
stus: q̄ ad semen omnium reseruatus: solus ex
omnibus & præteritæ generationis supstes ē
factus: & auctor futuræ: mundo potius & v-

nueris magis q̄ sibi natus. Q̄ fortis: ut dilu-
tium vinceret. Q̄ temperans: ut diluuium
toleraret. Et quando introiret: q̄ moderatioē
degeret: qn̄ coruum: qn̄ columbam dimitteret.
quando recuperet reuertentes: quando exēdi
opportunitatem captaret agnosceret: Ca. xxvi.

Taqz tractant in veri inuestigatione
tenendum illud decorum: ut sumo
studio requiratur quid verum sit: non falsap-
ueris ducere: non obscuris vera inuoluere no
superfluis uel implexis uel ambiguis occupa
re animum. Quid tam indecorum: q̄ venera
ri lignum quod ipsi faciunt. Quid tam obscu
rum: q̄ de astronomia & geometria tractare
quod probant: & profundi aetis spacia meti
ri: coelum quoqz & mare numeris includere
relinquere causam salutis: erroris querere. An
non ille eruditus in omni sapientia ægyptior
Moyses probauit ista: Sed illam sapientiam de
trimentum & stulticiam iudicauit: & auers
ab ea: intimo deum quæsiuit affectu. Ideoqz
vidit: interrogauit: audiuit loquentem. Quis
magis sapiens: q̄ ille quē docuit deus: q̄ oēm
sapientiam ægyptiorum: omniumqz artium
potentias operis sui virtute vacuauit. Non
hic incognita pro cognitis habebat: hisqz te
mere assentiebatur. Quæ duo in hoc maxie
naturali atqz honesto loco vitanda dicunt: q̄
sibi nec contra naturam esse nec turpe iudicant
lxxa adorare: & simulacris auxilium petere
quæ nichil sentiant. Quanto igitur excelsior
virtus est sapientia: tanto magis enitendum es
se arbitror nobis: ut assequi eam possimus. Ita
qz ne quid contra naturam: ne quid turpe at
qz indecorum sentiamus: duo hæc: id est: &

tempus & diligentiam ad considerationem rerum examinandi gratia conferre debemus. Nichil est enim magis quo homo ceteris animalibus præstet: quod rationis est particeps: causas rerum requirit: generis sui auctorem inuestigandum putat: in cuius potestate vita necisq[ue] nre potestas sit: qui mundum hunc suo nutu regat: cui sciamus rationem esse reddendam in rorū actuū.

D. Nichil est enim quod magis proficiat ad vitā honestam: quod ut credamus eum iudicem futurū: quem & occulta non fallant: & indecora offendant: & honesta delectent. Omnibus igitur hominibus inest secundum naturā humanam uerum inuestigare: quod ad studium cognitionis & scīx trahit: & inquitendi infundit cupiditatem. In quo excellere vniuersis pulcrum videretur: sed paucorum est assequi: qui voluendo cogitationes: consilia examinando: non mediocriter impendunt labore: ut ad illud beate honeste q[ue] uiuendum peruenire possint: atq[ue] operibus appropinquare: Non enim qui dixerit (inquit) michi domine: intrabit in regnum coelorum: sed qui fecerit ea quae dico. Nam studia scientiae sine factis: haud scio an etiam inuolant magis q[ue] adiuuent.

Capitulum. xxvii.

Mat. 7.c.

P. Rimus igitur officii fons prudentia est: Quid enim tā plenum officii: quod defere auctori studium atq[ue] reuerentiam: Qui tamē fons & in virtutes deriuatur cæteras. Neq[ue] enī pot iusticia sine prudentia esse: cum examine te quid iustum: quid ve iniustum sit: non modicris prudentiae sit: Summus in utroq[ue] error. Q[uod] enim iustum iudicati iniustum: iniustum autem iustum: execrabilis erit apud deum. Ut quid abundant iusticæ imprudenti: Salomon ait:

Tulli? li.1.
de origine
honesti ex
q[ui]nto spon
tibus.

Neq; iterum prudentia sine iusticia est. Pietas
enim in deum: initium intellectus. Quo aduer-
timus illud ab huius sœculi translatum ma-
gis q̄ inuentum sapientibus: quia pietas fun-
damentum est omnium uitutum. Iusticæ
autem pietas est prima in deum: secunda in
patriam: tertia in parentes. Itē in omnes: q̄
& ipsa secundum naturæ est magisterium:
Si quidē ab ineunte ætate ubi primum sen-
sus infundi cœperit: vitam amamus tanq̄
dei munus: patriam parentesq; diligimus:
Deinde æquales quibus sociati cupimus:
Hinc charitas nascitur: quæ alios sibi prefert
non querens quæ sua sunt: in quibus est pri-
cipatus iusticæ. Omnibus quoq; animanti-
bus innascitur: primum salutem tueri: caue-
re quæ noceant: expetere quæ proslint: ut pas-
tum: ut latibula quibus se a periculis: imbri-
bus: sole defendant: quod est prudentia:
Succedit quoq; ut omnium genera animan-
tium: congregabilia natura sint. Primo gene-
ris sui ac formæ consortibus: tū etiam cæteris
ut videmus boues armentis: æquos gregibz:
& maximæ pares partibus delectari. Cetuos:
quoq; ceruis: & plerumq; hominibus adiun-
gi. Nam de procreandi studio & sobole: uel e-
tiam generantium quid loquar amore: in q̄
est forma iusticæ præcipua: Liquet igitur &
has reliq; cognatas sibi esse virtutes: Siquidē
& fortitudo quæ uel in bello tuetur a barbaris
patriam: uel domi defendit infirmos: uel a
latronibus socios: plena sit iusticæ: & scire
quo consilio defendat atq; adiuuet: captare
etiam temporum & locorum oportunitates: pru-
dentia ac modestia sit. Et temperantia ipsa

sine prudentia modum scire non possit: opor-
tunitatem noscere: & secundum mensuram
reddere sit iusticæ. Et in omnibus istis mag-
nanimitas necessaria sit: & quædam fortitu-
do mentis: plerumq; & corporis: ut q; quod
uelit possit implere. ¶ Capl. xxviii.

Iustitia igitur ad societatem generis
humani: & ad cōitatem refertur. So-
cietatis enim ratio diuiditur in duas partes:
iusticiam & beneficentiam: quam eandem libe-
ralitatem & benignitatem uocant. Iusticia mihi
excelsior videtur: liberalitas gratior. Illa
censuram tenet: ista bonitatem. Sed primum
ipsum quod putant philosophi iusticiæ mun^o
apud nos excluditur. Dicunt enim illi eam pri-
mam esse iusticiæ formam: ut nemini quis no-
ceat nisi laceritus iniuria. Quod euangelii au-
toritate vacuatur. Vult enim scriptura: ut sit
in nobis spūs filii hominis: qui venit conserue-
gram: non inferre iniuriam. Deinde formā
iusticiæ putauerunt: ut q; cōia: id est: publica
pro publicis habeat: priuata pro suis. Nec hoc
quidem secundum naturam. Natura enim ò-
nia omnibus in cōe profudit: Sic enim deus
generati iussit omnia: ut pastus omnib^o cōis
esset: & terra ergo foret omnium quædā cōis
possessio. Natura igitur ius cōe generauit: u-
surpatio ius fecit priuatum. Quo in loco aut
placuisse stoicis: que in terris gignantur: omnia
ad usus hominum causa esse generatos: ut ip-
si inter se aliis alii prodesse possint. Vnde hoc
nisi de n̄is scripturis dicendum sumpererunt:
Moyses enim scripsit: quia dixit deus: Faciam
hominem ad imaginem n̄am & secundum
similitudinem: & habeat potestatem pisciū

Gen. 1. v.

ps. 8. b.

Gen. 2. v.

maris: & uolatilium: coeli & pecorum: & omni-
um repentum super terram. Et dauid ait. Oia
subiecasti sub pedibus eius: oves & boues vniuer-
sas: insuper & pecora campi: uolucres coeli &
pisces maris. Ergo omnia subiecta esse homini
de ntis didicerunt: & ideo censem propter homi-
nem esse generata. Hominem quoq; hominis
causa generatum esse in libris Moyssi reperim
dicente domino: Non est bonum esse hominem
solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Ad
adiumentum ergo mulier data est viro: quæ ge-
neraret: ut homo homini adiumento foret. De-
niq; anq; mulier formaretur: dictum est de A-
dam. Non est inuentus adiutor similis illi. Ad-
iumentum enim homo nisi de homine br̄e non
poterat: Ex omnibus igitur animalibus nullum
animal simile: & ut absolute dicamus: nullus
adiutor hominis inuentus est. Muliebris igitur
sexus adiutor expectabatur. Ergo secundum dei
uoluntatem: uel naturæ copulam: inuicem no-
bis esse auxilio debemus certare officiis: uelut
in medio omnes utilitates ponere: & ut uerbo
scripturæ vtat: adiumentum ferre alter alteri:
uel studio: uel officio: uel pecunia: uel operibus
uel quolibet modo: ut inter nos societatis auga-
tur gratia: nec quisq; ab officio uel periculi ter-
rore reuocetur: sed omnia sua ducat: uel aduer-
sa uel prospera. Deniq; sanctus Moyſes pro po-
pulo patrum bella suscipere grauia non reformi-
dauit: nec regis potentissimi trepidauit arma:
nec barbarice immanitatis expauit ferociam:
sed abiecit salutem suam: ut plæbi libertatem
redderet. Magnus itaq; iusticiæ splendor quæ
aliis potius nata q; sibi: coitatem & societatem
nostram adiuuat: excelsitatem tenet: ut suo

judicio omnia subiecta habeat: opem aliis ferat
pecuniam conferat: officia non abnuat: pericula
suscipiat aliena. Quis non cuperet hanc virtutis
arcem tenere: nisi pria avaricia infirmaret atqz
infleceret tantæ virtutis vigorem: Etenim dū
augere opes: aggerare pecunias: occupare trās
possessionibus cupimus: præstare diuitiis: iusticæ
formam exuimus: beneficentiam cōm amittim?
Quo enim pōt iustus esse: qui studet eripere alte
ri quod sibi querat: Potentiaz quoqz cupiditas:
formam iusticæ virilem effeminat. Quomodo
enim pōt pro aliis interuenire: qui alios sibi sub
iūcere conatur. & infirmo aduersus potentes o
pemferre: qui ipse grauē libertati affectat po
tentiam.

Capitulum. xxix.

Quanta autem iusticia sit: ex hoc intelligi
pōt: q̄ nec locis: nec personis nec tempo
ribus excipitur: quæ etiam hostibus reseruatur:
ut si constitutus sit cum hoste: aut locus aut di
es prælio: aduersus iusticiam putetur: aut loco
præuenire: aut tempore. Interest enim utrum
aliquis pugna aliqua & confictu graui capia
tur. an superiore gratia: uel aliquo euentu: Si
quidem uehementioribus hostibus & infidis
& his qui amplius læserint uehementior reſer
tur ulti: ut madianitis: qui per mulieres suas
plærosqz peccare fecerant ex plæbe iudeorum:
vnde & dei in populum patrum iracundia ef
fusa est: Et ideo factum est: ut nullū Moyses vi
ctor superesse pateretur. Gabaonitas aut qui
fraude magis q̄ bello tentauerant plæbem pa
trum: non expugnaret Iesus sed conditionis
impositæ afficeret iniuria. Sýros vero Helisæ
quos obsidentes in ciuitatem duxerat momen
taria cæcitate percussos: cum quo ingredere

4. Re. G. C.

videre non possent uolenti regi israel percutere,
non acquiesceret dicens: Non percuties quos no
captiuasti in lancea & in gladio tuo: pone eis pa
nem & aquam ut manducent & bibant: & re
mittantur: & eant ad dominum suum: ut hu
manitate prouocati gratiam representarent:
Deniqz postea in terra israel venire piratæ sy
riæ destiterunt. Si ergo in bello iusticia ualeat:
q[uod] to magis in pace seruanda est. Et hanc grām
propheta his detulit: qui ad eum corripieōdum
venerant. Sic enim legimus: q[uod] in obsidionem
eius miserat rex syriæ exercitum suum: cognito
q[uod] Helisæus esset: qui consiliis & argumentatio
nibus eius obuiaret omnibus. Quem videns
exercitum. Giegi seruus prophete: de salutis peri
culo trepidare coepit. Cui dixit propheta: Noli
timere q[uod] plures nobiscum sunt: q[uod] cū illis. Et
rogante propheta ut aperirent oculi seruo suo
aperti sunt. Videl itaqz Giegi totum montem
equis repletum & curribus in circuitu Helisæi.
Quibus descendebat: ait propheta: Percuti
at dominus cæcitate exercitum syriæ. Quo im
petrato: dixit ad syros. Venite post me: & duca
uos ad hominem quem quæratis. Et viderunt
Helisæum quem corrīpere gestiebant & vidētes
tenere non poterant. Liquet igitur etiam ī bello
fidem & iusticiam seruari oportere: nec illud
decorum esse posse: si violetur fides. Deniqz eti
am aduersarios molli ueteres appellatione nōia
bant: ut peregrinos uocarent Hostes enī antiq
titu peregrini dicebantur. Quod æque etiam
ipsum de nr̄is assumptum dicere possumus. Ad
uersarios enim suos hebræi allophilos: hoc est
alienigenas: latino appellabant uocabulo. De
niqz in libro regnorū primo sic legimus: Et

factum est in diebus illis: conuenerunt alienigenæ in pugnam ad israel. Fundamentum ergo est iusticæ fides. Iustorum enim corda meditantur fidem: & que se iustus accusat: iusticiam supra fidem collocat. Nam tunc iusticia eius appetet. si uera fateatur: Deniqz & dominus per Elaiam Ecce inquit mitto lapidem in fundamentum sion: id est: christam in fundamentum ecclesiæ. Fides enim omnium christus. Ecclesia autem quædam forma iusticæ est. cœ ius omnium. In cœ orat in cœ operatur: in cœ tentatur. Deniqz qui se ipsum sibi abnegat: ipse iustus: ipse dignus christi est: Ideo & paulus fundamentum posuit christum: ut super eum opera iusticæ locarem⁹: quia fides fundamentum est: In operibus autē aut malis iniquitas: aut bonis iusticia est. Ca

Esa. 28. v.

S Ed iam de beneficentia. pitulū. xxx.
Loquamur: quæ diuiditur etiam ipsa in beniuolentiam & liberalitatem. Ex his igitur duabus constat beneficentia: ut sit perfecta. Non enim satis est bene uelle sed etiam benefacere. Nec satis est iterum benefacere: nisi id ex bono fonte: hoc est ex bona uoluntate proficiscat. Hilarem enim datorem diligit deus. Nam si inuitus facias: quæ tibi merces est. Unde aplūs generaliter inquit. Si uolens hoc ago: mercedem habeo: si inuitus: dispensatio michi credita est. In euangelio quoqz multas disciplinas accepimus iustæ liberalitatis. Pulchrum est igitur bene uelle: & eo largiri consilio: ut proslis: non ut noceas. Nam si luxurioso ad luxurizæ effusionem: adultero ad mercedem adulterii: largiendum putes: non est beneficentia ista ubi nulla est beniuolentia. Officere enim istud est: non prodesse alteri: si largiaris ei qui cō-

Talib. l. i.
quæadmodū
ex bñficitia
que iusticie
conuincta ē
officia maneat.
2. Cor. 9. b.
1. Cor. 9. c.

Spiret aduersus patriam: qui congregare cupiat:
tuo sumptu potitos: qui impugnent ecclesiam:
Non est hec probabilis liberalitas: si adiuues
eum qui aduersus viduam & pupilos graui de-
cernit iurgo: aut vi aliq possessiones eorum eti-
pere conatur. Non probatur largitas: si quod i
alteri largitur: alteri quis extorqueat: si iniuste
querat: & iuste dispensandum putet: nisi forte ut
ille Zachaeus: reddas quadruplum prius ei que
fraudaueris: & gentilitatis vitia fidei studio &
credentis operatione compenses. Fundamentu
igitur habeat liberalitas tua. Hoc primum que-
rit: ut cum fide conferas: fraudem non facias
oblatis: ne dicas te plus conferre & minus con-
feras. Quid enim opus est dicere: Fraus pmissi e
in tua potestate est largiri quod velis. Fraus fu-
damentum soluit: & opus corruit. Nunquid Pe-
trus ita indignatione effebuit: ut Annaniam ex-
tingui uellet: uel uxorem eius: Sed exemplo eor
noluit perire coeteros. Nec illa perfecta est libe-
ralitas: si iactantiae causa magis q̄ misericordia
largiatis. Affectus tuus nomen imponit operi
tuo. Quomodo a te proficiuntur: sic estimatur
Vides q̄ moralem iudicē habeas: Te consulit:
quomodo opus tuum suscipiat: mentem tuam
prius interrogat. Nesciat inquit sinistra tua
quid faciat dexter tua. Non de corpore loquit
sed etiam uanimus tuus: frater tuus quid fa-
cis nesciat: ne dum hic mercedem quæris iacta-
tiæ: illic remunerationis fructum amittas. Per-
fecta autem est liberalitas: ubi silentio quis te-
git opus suum & necessitatibus singulorum oc-
culte subuenit: quem laudat os pauperis: & nō
labia sua. Deinde perfecta liberalitas fide:
causa: loco: tempore commendatur: ut primum

A. 5.3

Mat. 6. 2.

operis circa domesticos fidei. Grandis culpa: si
 sciente te fidelis ægeat: si scias eum sine sumptu
 esse: fame laborare: erumnam perpeti: qui pre
 fertim ægere erubescat: si in causam ceciderit:
 aut captiuitatis suorum: aut calumniæ: & non
 adiuvies: si sit in carcere: & poenis & suppliciis
 propter debitum aliqd iustus excrucietur. Nam
 & si omnibus debetur misericordia: tñ iusto ampli
 si tempore afflictionis sue nihil ate impetreret: si té
 pore periculi quo rapitur ad mortem: plus apud
 te pecunia tua ualeat: q̄ vita morituri. De quo pūl
 chre Iob dixit. Benedictio perituri in me veniebat
 Personarum quidem deus acceptor non est: quia
 nouit omnia. Nos autem oībus quidē debemus
 misericordiam. Sed quia plēriq̄s fraude eā querit
 & fingunt exūnam: ideo ubi causa manifestatur:
 psona cognoscitur: tempus urget: largius se debet
 profundere misericordia. Non enim auarus dñs
 est: ut plurimum querat. Beatus quidem qui di
 mittit omnia: & sequitur eum. Sed & ille brūs ē:
 qui qd' habet ex affectu facit. Deniq̄z duo æra vi
 dux illius diuitium muneribus pretulit: quia
 totum illa quod habuit contulit. Illi autem ex
 abundantia ptem exiguum contulerunt. Affect
 igitur diuitem collationem aut pauperem facit: &
 p̄cium rebus imponit. Ceterè deus non vult si
 mul effundi opes: sed dispensari: nisi forte vt
 Helislaus qui boues suos occidit: & pauit paupe
 res ex eo quod habuit: ut nulla cura teneretur do
 mestica: sed reliquis omnibus in disciplinā se p
 propheticam daret. Est etiam illa probanda libe
 ralitas: ut proximos seminis tui non despici
 at: si ægere cognoscas. Melius est enim ut ipse
 subuenias tuis: quibus pudor est ab aliis sump
 tum deposcere: aut alicui postulare subsidiū

Iob. 29. c.

d. 8. 00. 1

Lu. 21. a.

3. Re. 19. b.

3. 8. 00. 2

necessitati: non tamen ut illi ditiones eo fieri velit:
quod tu posses conferre in opibus. Causa enim
præstat: non grā. Neq; enim propterea te domio
dicasti: ut tuos diuites facias: sed ut uitam tibi p-
petuam fructu boni operis acquiras: & precio mi-
serationis p̄tā redimas tua. Putant se parū posce-
re: pr̄cium tuu querunt: vitæ tuae fructū adime-
te contendunt. Et accusat q; eum diuite non feci-
ris: cum te ille velit æternæ uitæ fraudare. merce
de Consilium præmisimus: auctoritatē petamus.
Primū igitur neminē debet pudere: si ex diuite pau-
per fiat: dum largitur pauperi: quia xp̄us pauper fa-
ctus est cum diues esset: ut nos sua inopia ditaret.
Dedit regulam quam sequamur: ut bona ratio sit
exinaniti p̄monii: si quis pauperū famē repul-
lit: inopiam subleuavit. Vnde & consilium i hoc
do. Apostolus dicit. Hoc enim vobis utile est ut ch-
stum imitemini. Consilium bonis datur: correptio
errantes coercet. Deniq; quasi bonis dicit. Qui non
tantum facere sed & uelle cœpistis ab anno præteri-
to. Perfectorum vtrūq; non pars. Itaq; docet: & li-
beralitatē sine benivolētia: & benivolētia sine li-
beralitate non esse perfectam. Vnde ad perfectum
hottatur dicens. Nunc ergo & facere consummate:
ut quēadmodum prōpta est in vobis voluntas faci-
endi: ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si ei
voluntas prompta est: secundum id quod habet
accepta est: non secundum id quod non habet. Nō
enim ut aliis refectio sit: vobis autē angustia: sed
ex æq;ilitate in hoc tempore vīa abundantia sit ad
illorum inopiam: ut & illorum abundantia sit ad
vestram inopiam: ut fiat equalitas sicut scriptū
est. Qui multum: non abundauit: & qui modicū
non minorauit. Aduertimus quēadmodum & be-
nivolētia: & liberalitatē: & modum cōprehēdit:

2. Co. 8.b.

2. Co. 8.c.

& fructum atq; personas. Ideo modum quia imp-
 fectis dabant consilium. Non enim patiuntur an-
 gustias nisi imperfecti. Sed & si quis ecclesiam no-
 lens grauare in sacerdotio aliquo constitutus
 aut ministerio: non totū quod habet conferat:
 sed operetur cum honestate quantū officio sa-
 tis est: non mihi imperfectus uidetur. Et puto
 q̄ hic angustiam non animi sed rei familiaris di-
 xerit. De personis autem puto dictū: ut v̄ra abū-
 dantia sit ad illorum inopiam: & illorū abūdan-
 tia ad v̄ram inopiam: id est: ut populi abundantia
 sit bōne operationis ad illorum subleuandā alē-
 uet in p̄lēbe inopiā meriti spiritualis: & cōferat ei
 grām. Vnde exemplū optimum posuit. Qui mul-
 tum: non abundauit: & qui modicū non minuit.
 Bene hortatur ad officium misericordiæ oēs hoīes
 istud exemplum: qm̄ & qui plurimum auti pos-
 sidet non abundat: quia nihil est quicquid in hoc
 seculo est: & qui exigū habet non minuit: quia
 nihil est quod amittit. Res sine dispendio est: quæ
 tota dispendiū est. Est etiam sic intellectus bonus.
 Qui plurimū habet: & qui non donat: nō abūdat:
 quia quantūvis acquirat: eget semper qui plus cō-
 cupiscit. Et qui exigū habet: nō minuit quia mī-
 tam est quod pauperē pascit. Similiter ergo & ille
 pauper qui confert spiritualia pro pecuniariis: & si
 plurimum habeat gratiæ: non abundat. Nō enī
 onerat grā: sed alleuat mentē. Sed etiam sic potest
 intelligi. Non abundas o homo. Quantū est enī
 quod accepisti: & si tibi multum est: Iohannes q̄
 nemo maior est inter natos mulierū: inferior tñ
 erat eo q̄ minor est in regno celotū. Pōt & sic in-
 telligi. Non abundat dei grā corporaliter: quia
 spiritualis est. Quis eius pōt aut magnitudinem

Luce. 7. v.

aut latitudinē comprehendere quā non videt? Fides si fuerit sicut granū sinapis: montes transfrerre pot: & non tibi datur ultra granū sinapis. Si in te abundet gratia: est verēdum ne mens tua tanto munere incipiat extolli: quia multi sunt qui ab altitudine cordis sui grauius corrueuntur: q̄ si nullā habuissent dei gratiam. Et qui parum habet: non minuit quia non est corporeū ut diu datur: & quod parū uidetur habenti: plurimum est cui nihil deest. Consideranda etiam in largicēdo etas atq; debilitas: nōnūq; etiam uerecudia: quæ ingenuos prodit natales: ut semibus plus largitatis: qui sibi labore iam non queunt uidū quætere. Similiter & debilitas corporis: & hęc iuuanda promptius. Tum si quis ex diuinitiis cecidit ī egestatē: & maxime si non uitio suo: sed aut latrociniis: aut proscriptione: aut calūniis quæ habebat: amisit. Sed forte dicat aliquis: Cęcus uno loco sedet & pr̄terit: & iuuemis validus frequenter accipit. Verū est: quia obripiit proprieū importunitatē. Non est illud iudicium: sed tēdii. Nam & dñs ait in euangelio: de eo qui iam clauserat ostium suum. Si quis ostiū eius procacius pulset: quia surget & dat illi propter importunitatē. **Ca. xxxi.**

Propter rationē: qui tibi aut beneficiū aliqd' aut munitus contulit: si ipse in necessitatē incidit. Quid enim tam contra officiū: q̄ nō reddere qđ acceperis? Nec mensura pari sed vberiore reddēdum arbitror: & usum pensandum beneficii: ut tanto subuenias: q̄nto eius erūnam repellas. Et enim superiorē non esse in referendo q̄ in conferendo beneficio: hoc est: minorē esse: qm̄ qui prior contulit: tempore superior est: humanitas prior. Vnde imitanda nobis est in hoc quoq;

natura terrarū: quē suscepū semē multiplicatio-
ri solet numero reddere q̄i acceperit. Ideo est tibi
scriptum. Sicut agricultura est homo insipiens: et
tanq̄ uinea homo egens sensu. Si reliqueris eum:
desolabitur. Sicut agricultura ergo etiam sapiens:
ut tanq̄ foenerata sibi maiore mensura semina su-
scepta restituat. Terra ergo aut spontaneos fructū
germinat: aut creditos uberiore cumulo refudit
ac reddit. Vtrūq; debes quodā hereditario usu
parentis: ne relinquatis sicut infecundus ager. Esto
tamē vt aliquis excusare possit q̄ non dederit: quō
excusare pōt q̄ non reddiderit: Non dare cuiq̄ vix
licet: non reddere vero non licet. Ideo pulcre salo-
mon ait. Si sederis coenare ad mēlā potētis: sapientē in-
tellige cā quāe opponuntur tibi: & mitte manū tuam:
sciens q̄ oportet te talia preparare. Si autē insatiabilis
es: noli concupiscere escas eius. Hęc enī obtinet uitā
falsam: quā non imitari cupientes: sūnas scripsimus.
Conferre grām: bonum est: at qui referre nescit du-
rissimus. Humanitatis exemplum: ipsa terra sugge-
rit. Spōtaneos fructus ministrat quos non seueris:
multiplicatū quoq; reddit quod accepit. Negare ti-
bi pecuniam numeratā non licet: quomodo licet ac-
ceptam non referre gratiam? In Proverbiis quoq;
habes: q̄ ita plurimum redhibitio ista grē apud de-
um consuevit valere: ut etiam in die ruine inueni-
at grām: qn̄ pñt prepōderare peccata. Et quid alii
utat exemplis: cum dñs ipse remuneratōne vberio-
rem sanctorum meritis in euangelio polliceatur:
atq; exhortetur vt operemur bonum opus dicens.
Dimittite: & dimittetur uobis: date: & dabitur vo-
bis: mensurā bonam: cōmotā: supereffluentē da-
bunt in sinum vrm̄. Itaq; & illud cōuiuiū salomo-
nis: non de cibis sed de operibus est bonis. Quoē
melius epulantur animi q̄ bonis factis. Aut quid

Pro. 23. a.

Luce. 6. f.

aliud tam facile potest iustorū explere mentes: q̄
boni operis conscientia? Qui autē iocundior cibus: q̄
facere uoluntatē deic? Quē cibum sibi solum dñs
abundare memorabat: sicut scriptum est in euā
gelio. Meus cibus est: vt faciā volūtatē p̄t̄s mei
qui est cœlo. Hoc cibo delectemur: de quo ait pro
pheta. Delectare in dñō. Hoc cibo delectanturq̄
superiores delectationes mirabilī ingenio cōprehē
derunt: qui p̄nt̄ scire: qualis sit illa nūda & intel
ligibilis mentis delectatio. Edamus ergo panes sa
pientię: & saturemur in uerbo dei: quia nō in so
lo pane sed in omni uerbo dei vita est hōis facta ad
imaginē dei. De poculo vero satis expresse dicit sā
c̄lus lob. Sicut terra expectans pluuiā sic & isti ser
mones meos. **Capitulum. xxxii.**

Plurum est ergo ut diuinarū scripturarū
humescamus alloquio: & quasi ros sic in nos dci
verba descendant. Cum igitur federis ad illā mē
sam potentis: intellige quis sit iste potens: & in pa
radiso delectationis positus: atq̄s in cōuiuio sapi
entiae collocatus: considera quæ opponuntur tū
bi. Scriptura diuina: cōuiuū sapientię est: singu
li libri: singula sunt fercula. Intellige prius quæ
habeantur in ferculis dapes: & tunc mitte manū:
ut ea quæ legis uel quæ accipis a dñō deo tuo: ope
ribus exequaris: & collatā in te grām officius rep
sentes: vt Petrus & Paulus: qui euangelicando
vice q̄ndam largitori numeris reddiderunt: vt
possint singuli dicere. Grā autē dei sū id quod suz:
& grā eius in me egena non fuit: sed abundātius
illis omnibus laboravi. Alius ergo fructū accepti
beneficiū: ut aurū auro: argenti argento repēdit:
alius laborem: alius haud scio an etiam locuple
tius solum restituit affectū. Quid enī si reddē
di nulla facultas suppetit? In beneficio reddē

1oh. 4. e.

Ps. 36. a.

Deu. 8. a.

Tob. 29. d.

1. Co. 15. b.

Lob. 31. v.

do plus animus q̄ censuſ operatur: magisq; pre-
ponderat beniuolentia: q̄ possibilitas referendi
muneris. *Gratia enim in eo ipso quod habet refer-*
tur. Magna igitur beniuolentia: quæ etiā si nihil
conferat plus exhibet: & cū in p̄imonia nihil ha-
beat: largitur pluribus: idq; facit sine ullo sui di-
spendio & lucro oīm. Et ideo præstat beniuolētia:
supra ipsam liberalitatē. Dittor hæc moribus: q̄
illa muneribus. Plures enī sunt qui indigēt bene-
ficio: q̄ qui abundant. Est autē beniuolentia co-
nuncta liberalitati: a qua ipsa liberalitas proficiet-
tur: cū largitatis affectū sequitur largiendi usus.
Est separata atq; discreta. Vbi enī deest liberalitas:
beniuolentia manet communis quædā parens oīm:
que amicitiā cōnectit & copulat: in cōfiliis fidel-
in prosperis læta: in tristibus moesta: ut unusquisq;
beniuolentis se magis q̄ sapientis credat consi-
lio: ut David cū esset prudentior: Ionathā tamē
inioris consilii acquiescebat. Tolle ex usu hōi
beniuolentiam: tanq; solē e mūdo tuleris: ita erit
quia sine ea usus hominū esse non pot: ut pere-
grinanti monstrare tuam: reuocare errantē: de-
ferre hospicium. Non igitur mediocris virtus: de-
qua sibi plaudebat lob dicens. Fortis autē non ha-
bitabat hospes: ianua mea omni venienti pate-
bat. A quā de aqua profluentī dare: lumē de lu-
mine accendere: beniuolentia est. Itaq; in his ē
omnibus tanq; fons aquæ reficiens sitiuentē: tanq;
lumē q̄ etiam in aliis luceat: nec illis desit: q̄
de suo lumine aliis lumē accenderint. Est etiam
illa beniuolentia liberalitas: ut si quod habes de-
bitoris chirographum: scindens restituas: nihil
a debitore cōsecutus debiti. Quod exemplo sui sa-
cere nos debere. lob sanctus admonet. Nā qui ha-
bet: non mutuatur: qui non habet: nō liberat:/

syngraphū. Quid igitur etiam si ipse nō exiges; au-
tis hęreditibus reseruas; quod potes cū beniuolentie
laude sine danno pecuniae representare? Atq[ue] plu-
nius discutiamus: beniuolentia ad domesticos primū
professa personis: idē: a filiis: parentibus: fratribus:
per coiunctionum gradus in ciuitatū peruenitā-
bitam: & de paradiſo egressa mūdum repleuit. De-
niq[ue] cum in viro & fœmina beniuolentem deus
postulasset affectum: dixit. Frunt ambo in una car-
ne: & in uno spū. Vnde se Eua serpenti credidit: q[ui]
niam quæ beniuolentia acceperat: esse maliciolen-
tiam non opinabatur. **Capitulū. xxxiii.**

A Vgetur beniuolentia cōtu eccl[esi]e fideliō
sortio: iniiciandi societate: percipiēndegrā
necessitudine: mysteriorū cōione. Hęc enī appella-
tiones necessitudinū: reverentia sūtorū: auctorita-
te & pietatē patrum: germanitatē fratrum: sibi ue-
dicant. Multū igitur ad cumulandam speciat be-
niuolentia necessitudo grā. Adiuuant etiā pari-
um studia virtutū. Siquidē beniuolentia etiā mo-
rum facit similitudinē. Deniq[ue] Ionathas filius re-
gis imitabatur sancti Dauid mansuetudinē propter
quod diligebat eum. Vnde & illud. Cū sanctos sc̄is
eris: nō solū ad cōuersationē: sed etiā ad beniuole-
tiā deriuandum uidetur. Nam vtiq[ue] & filii Noe
simil habitabant: & nō erat in his morū concor-
dia. Habitabant etiā in domo pr̄is Eſau & Iacob:
sed discepabant. Non enim erat beniuolentia int̄
eos: quæ sibi preferret alterū: sed magis cōtentio: quæ
pr̄cipieret benedictionē. Nam cum alter pr̄dutus:
alter mansuetus esset: inter dispares mores: & studia
cōpugnantia beniuolētia esse non poterat. Adde:
quia sanctus Iacob paternę degenerē domus vir-
tuti pr̄ferre non poterat. Nichil autē tā consociabi-
le: q[ui] cum equitate iusticia: quæ velut cōparē & so-

etiam benivolentia: tunc eos quos pares nobis credimus
diligamus. Habet autem in se benivolentia etiam for-
studine. Nam cum amicitia ex benivolentia fonte
procedat: non dubitat pro amico gratia utique sibi
nere pericula. Et si mala mihi inquit eumenerit:
verillam sustineo. **Capitulum xxxiii.**

B. Enim benivolentia etiam gladium trucundus ex-
torquere confucuit. Benivolentia facit
ut amici vulnera utilia magis quam voluntaria inimi-
ci oscilla sint. Benivolentia facit ut unas fratres ex
pluribus: quoniam & si plures amici sint unus habet
in quibus unus spissus & una similitudine est. Similiter adulerti
mus etiam correptiones in amicitia gratas esse
que aculeo habent: dolores non habent. Co-pugnamus
enim censorius sermonibus: sed benivolentia dele
etiamur sedulitate. Ad sumam non omnibus eadem
semper officia debentur: nec personarum semper: sed ple-
rumque causarum & temporum prelationes sunt: ut in
cunctis interdum magis quam fratrem adiuuerit. Quoniam et
Salomon dicit. Melior est vicinus in proximo: quam
frater longe habitans. Et ideo plerisque amici se beni-
volentiae quisque comittit: quam frater necessitudini. Tan-
tum valet benivolentia: ut plerique pignora vin-
eat naturae. **Capitulum xxxv.**

S. Atis copiose iusticie loco honesti naturae
& vim tractauimus. Nunc de fortitudine trahemus: quae nescit excelsior ceteris: dividitur in res
bellicas & domesticas. Sed bellicarum retum studium
anno officio iam alienum videtur: quia animi magis
quam corporis officio intendimus: nec ad armam tam
spectat usus noster: sed ad pacis negotia. Maiores
autem nostri: ut Iesus naue. Hieroboal. Sanson. Da-
uid: sumam rebus quoque bellicis retulere gloriam.
Est itaque fortitudo velut excelsior ceteris: sed nunquam
incomitata virtus. Non enim seipsum comittit si

Pro. 27. a.

2. II. 6. H
ibidem. b.

bi: alioqui fortitudo sine iusticia: iniuriantis materia est. Quo enim iudicior est: eo promptius est: ut inferiore deprimat; cū in ipsis rebus bellicis: iusta bella an iniusta sint: spectandum putetur. Nunq[ue] dauid nisi laceratus bellum intulit. Itaq[ue] prudenter fortitudinis comitē habuit in prelio. Nam & aduersus Goliā immane mole corporis virū singulari certamine dimicaturus: arma quibus oneraretur respuit. Virtus enim suis laertis magis q[uod] alienis integrumentis inititur. Deinde eminus quo grauius feriret: istu lapidis hostem interemit. postea nunq[ue] nisi consulo dno bellum adorsus est. Ideo in omnibus viator praelitis: usq[ue] ad sumam senectā manu promptus: bello aduersum titanias suscepit: ferocibus bellator miscebatur agminibus: gloriae cupidus: incuriosus salutis. Sed non h[ec] sola preclara fortitudo est: sed etiā illorum gloriosam fortitudinem accipimus: qui per fidem magnitudine animi obstruxerunt leonum ora: extinxerunt virtutē ignis: effugaverunt aciem gladii: conualuerunt de infirmitate fortis: qui non comitatu & legionibus succincti communem cū multis victoriā: sed nuda virtute ai singulare de perfidis retulerunt triumphū. Q[uod] insuperabilis Daniel: qui circa latera sua rugientes non expauit leones. Fremebant bestiae & ille



epulabatur. Caplī. xxxvi.

Onigitur in viribus corporis & lacertis tantummodo fortitudinis gloria est: sed magis in virtute animi. Neq[ue] in inferenda sed de pellenda iniuria lex virtutis est. Qui enim non repellit a socio iniuriam si potest: in vicio est: q[uod] ille qui facit. Vnde sanctus moyses hinc prius orsus est tentata bellicae fortitudinis. Nam cū uidisset hæbreus ab egyptio iniuriam accipientē defendit: ita ut

Heb. 11. g.

. lib. ad id.

Exo. 2. b.

ægyptiū sternēret: atq; in arena absconderet.
 Salomon quoq; ait. Eripe eum qui ducatur ad
 mortem. Unde igitur hoc uel Tullius: uel etiā
 Panetius: aut ipse Aristoteles transtolerit ap-
 tum est satis: q; q; etiam his duobus antiquior
 dixerit Iob: Saluū feci pauperē de manu potē-
 tis: & pupillū cui adiutor non erat: adiuui. Be-
 nedictio perituri in me veniebat. Nonne hic
 fortissimus: qui tam fortiter pertulit impetus
 diaboli: & uicit eū virtute mentis suæ? Neq;
 vero de eius dubitandum fortitudine: cui dicit
 dñs. Accinge sicut uir lumbos tuos: suscipe alti-
 tudinē & virtutē: omnē autē iniuriosū hui-
 liato. Apostolus quoq; ait. Habetis fortissimā
 consolationē. Est ergo fortis quisē in dolore ali-
 quo consolatur. Et rēuera iure ea fortitudo vo-
 tur: quādo vnuſquisq; seipsum uincit: iram con-
 tinet: nullis illecebris emollitur atq; inflectitur:
 non aduersis perturbatur: non extollitur secun-
 dis: & quasi vento quodā variatū retū circūfer-
 tur mutatione. Quid autē excelsius & magni-
 ficientius: q; exercere mente: afficere carnē & in-
 seruitatē redigere: ut obediat imperio: cōsilii
 obtemperet: vt in adeūdis laboribus impigre
 exequatur propositum animi ac uoluntatem?
 Hæc igitur prima uis fortitudinis: qm in duo
 bus generibus fortitudo spectatur animi. Prīo
 ut externa corporis pro minimis habeat. & q; si
 superflua despicienda magis q; expetenda du-
 cat. Secundo: ut ea quæ summa sunt: oēsq; res
 in quibus honestas & illud decorū preponen-
 dum cernitur: præclara animi intentione usq;
 ad effectum persequatur. Quid enī tā præclarū:
 q; ut ita animū tuum informes: ut neq; diuini-
 as: neq; uoluptates: neq; honores in maximis

Pro. 24. 2.

Iob. 29. b.

Iob. 4. 0. a.

Heb. 6. v.

constituas: neq; in his studiū omne conteras.
Quod cum ita affectus aīo fueris: necesse est ut
illud honestū ac decorū p̄eponendū putas:
diligē mentē ita intendas tuā: ut quicquid acci-
derit quo frangi animi solent: aut p̄imoniū
amissio: aut honoris īminutio: aut intreclatio
infidelium: quasi superior nō sentias. Deinde
ut te salutis ipsius pericula pro iusticia suscepta
non moueant. Hęc uera fortitudo est: quā ha-
bet christi athleta: qui n̄isi legitime certauerit
non coronatur. An medioere tibi videtur p̄e-
ceptum fortitudinis: Tribulatio patientiā ope-
ratur: patientia probationē: probatio uero sp̄e.
Vide quot certamina: & vna corona. Quod p̄e-
ceptum nō dat: nisi qui est confortatus in christo
Iesu: cuius caro requie non habebat: afflictionē
dīq; foris pugnæ: intus timores. Et q̄uis in peri-
culis: in laboribus plurimis: in carcerebus in-
mortibus positus: animo tamen non frangeba-
tur: sed preliabatur adeo ut potentior suis fieret
infirmitatibus. Itaq; considera quēadmodū eos
qui ad officia ecclesiæ accedunt: despiciētiam
terum humanarū habere deceat. Si ergo mortui
estis cum xp̄o ab elementis huius mundi: Quid
adhuc velut uiuentes de hoc mundo decernit?
Ne tetigeritis: ne attaminaueritis: ne gustaue-
ritis: quæ sunt oīa ad corruptelā ipso usū. Eti-
fria. Si ergo consurrexitis cū xp̄o: quæ sursum
sunt quērite. Et iterum: Mortificate ergo mēbra
v̄ta: quæ sunt super terram. Et hęc quidē adhuc
omnibus fidelibus. Tibi aut̄ fili contemptū diui-
tiatum: prophatarum quoq; & amictum fabula-
rū suadet declinationē: nihil permittens nisi qđ
te exerceat ad pietatē: quia corporalis exercitatio
nulli rei usus est: pietas autē ad omnia utilis. Ex

Ro. 5. 1.

2. Co. ii. e.

Col. 2. d.

Col. 3. a.

2. Ti. 4. b.

ps.36. e.

ercent ergo te pietas ad iusticiam: continentia ad mansuetudinem ut fugias iuuenilia opera: cōsidera-
tus & radicatus in gratia: bonum fidei subeas cer-
tamen: non te implites negotiis secularibus: qm
deo militas. Et enī si is qui imperatori militat. a
susceptionibus lituit: actum negotiorū forensium: uē-
ditione mercū prohibetur humanis legibus: q
to magis quis fidei exercet miliciam: ab omni vslu ne-
goctationis abstinere debet: agellati sui cotenet⁹
fructibus si habet si non habet: stipendiorū suo
rum fructu. Si quidē bonus testis est: qui dicit: in
uenis sui & senui: & non audi iustū derelictum:
nec semē eius quārens panem. Ea est enī tran-
quillitas animi & temperentia: quæ neq; studio
acquirendi afficitur: neq; egestatis mentu angit.

Est etiam quæ dicitur **Cap. xxxvii.** —
vacuitas animi ab angoribus: ut neq; i
doloribus molliores simus: neq; in prosperis e-
latiores. Q si hi qui ad capescendam républicā
abhortantur aliquos: hæc præcepta dant: qnto
magis nos qui ad officiū ecclesiæ vocamus: tas-
sia debemus agere quæ placeant deo: ut & præ-
tendat in nobis uirtus christi: & ita simus proba-
ti nro imperatori: vt membra nostra arma iusticie
sint: arma non carnalia in quibus peccatum re-
gnet: sed arma fortia deo: quibus peccatum destru-
atur. Moriatur caro nostra: vt in ea oī culpa mo-
riatur: & quasi ex mortuis viuentes: nouis re-
surgamus operibus ac motibus. Hec sunt ple-
na honesti & decori officii stipedia fortitudinis:
Sed quia in omnibus quæ agimus: non solum
quid honestum: sed etiā quid possibile sit quæ
rimus: ne forte aggrediamur aliquid quod no-
possimus exequi: unde nos tempore persecutio-
nis de ciuitate in ciuitatē cedere: imo ut ipso-

verbo utar: fugere vult dñs: ne temere aliq̄s
dum martyriū desiderat gloriam: oserat se pericu-
lis: quæ fortasse caro infirmior aut remissior aī
mus ferre ac tollerare non queat **Cāp. xxviii.**

NEcursus propter ignauia cedere quis
ac deserere fidē debet: metu perituli.
Qua grā p̄parandus est animus: exercenda
mens: stabiliendā ad constantiā: ut nullis per-
turbari animus possit terroribus: nullis frangi
molestiis: nullis suppliciis cedere. Que difficile
quidē sustinentur. Sed quia omnia supplicia gra-
uiorū suppliciorum vincuntur formidine. Ideo
si consilio firmes animū tuum: nec a ratione di-
scendendum putes: & proponas diuinū iudicii me-
tum: perpetui supplicii tormenta: potes animi
subire tolerantia. Hoc igitur diligentia est: vt
quis se ita comparet. Illud ingenii: si quis pōt
vigore mentis praeuidere que futura sunt: &
tanq̄ ante oculos locare: quid possit accidere:
& quid agere debeat: si ita acciderit definire:
interdū duo & tria simul voluere: aīoqz cōiici-
at: aut singula aut cōiuncta accidere posse: et
aut singulis aut cōiunctis disponere actus q̄s
intelligat profuturos. Fortis est uiri: nō diffi-
cile cum aliquid immineat: sed prætedere
& tanq̄ explorare de specula quadā mentis: et
obuiare cogitatione prouida rebus futuris: ne
forte dicat postea: Ideo ista incidi quia non arbi-
trabat posse euenire. Deniqz nisi exploretur ad
uersa: cito occupant: Ut in bello improuisus ho-
stis vix sustinetur: & si imparatos inueniat faci-
le opprimit: ita animū mala inexplorata plus
frangunt. In his ergo duobus illa est animi ex-
cellentia: ut primum animus tuus bonis exerce-
tatus cogitationibus: mūdo corde quod verū

& honestā est videat Beati nūm mundō corde: qā
 ipsi etiā dēū uidebunt: atqđ quod honestum
 est solum bonū rūdicit. Deinde nullis perturbe
 tur occupationib⁹: nullis cupiditatib⁹ fluctu
 et. Neqđ vero id quisqđ facile facit. Quid enim tam
 difficile: qđ despicerē tanqđ ex arce aliquia sapie
 opes: aliaqđ omnia: quæ plerisqđ uidentur magna
 & p̄celsa! Deinde ut iudicium tuū stabiliteratione
 confirmes: & quæ iudicaueris leuita tanqđ nihil
 profutura cōtēnas. Deinde ut si quid acciderit.
 aduersi: idqđ graue & acetabari p̄metitur: ita feras:
 vt nihil p̄t̄et naturā accidisse putes: p̄allegaris.
 Nudus sum natus: nudus exibo: que dñs dedit
 dñs abstulit: & utiqđ & filios amiserat & facilita
 tes seruēsqđ in omnibus personam sapientias et
 iusti: sicut ille seruauit qui ait. Sicut dñs placuit:
 ita factum est: sit nom en dñi benedictum. Et in
 fra. Sicut vna insipientiū mulierū locuta est: si
 bona suscepimus de manu dñi: que mala sunt
 non sustinebimus. **Capitulum. xxxix.**

Mat. 9. a.

Iob. 1. d.

Iob. 2. c.

Non est igitur mediocris nec discrēta: ac
 teris animi fortitudo: quæ bellū cum vir
 tutib⁹ gerat: sed quæ sola defendat ornamenta
 uirtutum omnium: & iudicia custodiat: & que
 inexpiabili prælio aduersus omnia uitia decernat.
 iniuncta ad labores: fortis ad pericula: rigidior ad
 uersus uoluptates: dura aduersus illecebrias: qui
 bus autem deferre nesciat: nec (ut dicitur) aue di
 cat: pecuniam negligat: auariciam fugiat: tanqđ
 labem qđ ndā quæ uirtutē efforminet. Nihil enim
 tam contrariū fortitudini: qđ luero vinci. Freqđn
 ter pullis hostibus: inclinata in fugā aduersario
 rum acie: dū exuuiis cæsorū capitut præliator in
 ter ipsos quos stravit miserandus occubait: et
 triumphis suis delecte legiones dū spolius occu

v. 1. 3. 3. 1.

T. 3. 1.

d. 41. 3. 1.

E. 1. 25. 10
pantur hostem in se reuocarunt qui fugerat. Fortitudo igitur tam immanem pestem repellat & protecat; nec tentetur cupiditatibus; nec frangatur metu: quia virtus sibi constat: ut fortiter omnia persequatur: vita: tanq; virtutis venena: iracundiam velut quibusdam propulset armis: qua tollat consilium: & tanq; aegritudinem. Gloria quoq; caueat appetenti am: qua frequenter nocuit immoderatus appetitus semper autem usurpata. Quid horum sancto lob: vel in virtute defuit: vel in vicio obrepigit? Quomodo & labore aegritudinis: frigoris famis: pertulit? Quomodo despexit petulatum salutis? Nunquid rapini dunitq; coaceruata: de quibus tanta inopibus affluerant? Nunquid avaricia: census: aut voluptatis studia: cupiditatesq; excitauit? Nunquid triu regim: iniuriosa contentio: vel seruorum contumelia in ita excusit? Nunquid gloria sicut leue extulit qui imprecabatur graui sibi: si unq; vel non voluntaria et lauerit culpam: vel reueritus esset multitudinem plebis: quo minus annunciat eam in conspectu omnium? Neque enim consentaneae sunt virtus virtutes: sed sibi constant. Quis igitur tam fortis q; sanctus lob: Cui secundus adiudicari pot: qui patrem vix repperit? **Capitulum. xL.**

Iosue. 10. c.
Iudic. 7. f.
1. Re. 14. b.
Sed fortasse aliquos bellica defixos gloria tenet: ut patent sola esse prælialem fortitudinem: & ideo me ad ista deflexisse: quia illa nris deforet. Quid fortis Iesu naue ut uno prælio quinq; reges captos sternet cum populis suis? Deinde cum aduersu gabaonitas surgeret prælum: & veteretur ne nox impediret victoram magnitudine mentis & fidei clamauit. Stet sol: & stetit sol: donec victoria consummaretur. Gedeon in trecentis iuris de singenti populo & acerbo hoste reuexit triumphum. Ionathas adolescens

33

virtutem fecit in magno prelio. Quid de macha
baeis loquar? Sed prius de populo dicā patrum:
qui cum essent parati ad repugnandum pro te
plo dei: & pro legitimis suis: dolo hostium die
lacessiti sabbati: maluerunt vulneribus offere
nuda corpora q̄ repugnare: ne violarent sabbatū.
Itaq; omnes lēti le obtulerunt morti. Sed
machabaei considerantes q̄ hoc exemplum gens
omnis posset perire: sabbato etiam cum ip̄i in bel
lum prouocarentur: viti sunt innocentia necē fra
trum suorum. Vnde postea stimulatus rex Anthi
ochus: cū bellum accenderet per duces suos Lysia:
Nicanor: Gorgiam: ita cū orientalibus suis & as
syris attritus est eopis: vt quadraginta & octo
milia in medio campi a tribus milibus prosterne
rentur. Virtutē ducis Iudæ machabaei de uno eius
milite considerate. Namq; Eleazarus cum super
eminētē cæteris elephante lorica vestitū regia
aduerteret: atbitratus q̄ in eo esset rex: cursu cō
cito in mediū legionis se proripuit: & abieicto cly
peo utraq; manū interficiebat bestiā: atq; intrauit
sub eam: & subiecto gladio interemit eam. Itaq;
cadens bestia oppressit. Eleazarū atq; ita mortu
us est. Quanta igitur virtus animi: primo vt mor
te non timeret: deinde vt circunfusus legionibus
inimicorum: incōfertos taperet hostes: medium
penetraret agmē: & contempta morte ferocior:
abieicto clypeo: utraq; manū vulneratae molē be
stiæ subiret ac sustineret: post intra ipsam succede
ret: quo pleniori seriret iactu: cuius ruina inelus
magis q̄ oppressus: suo est sepultus triumpho.
Nec fefellit opinio virū: q̄ quis regius fefellerit ha
bitus. Tanto enim virtutis spectaculo defici ho
stes: inermē occupatum incurvare non ausi: post
casum ruentis bestiæ sic trepidauerūt: vt impates

1. Macha. 2.e.

1. Macha. 6.f.

AI. Lysie fili?

se omnes vnius virtutis arbitrarentur. Demiq; rex Antiochus: qui cum centum viginti milibus hominum armatus venerat: & cū triginta duobus elephantis: ita vt ab ortu solis per singulas bestias velut montes quidam armorū corusco: tanq; lampadibus ardentibus resulgeret vnius territus fortitudine pacem rogaret. Itaq; Eleazarus heredē virtutis sue pacem reliquit. Sed hec triumphatorū sint.

VErum quia fortitudo non **Caplīm. xli.** solum secundis rebus: sed etiā aduersis probatur: spectemus Iudæ machabæi exitū. Is enim post viictum Nicanorē regis Demetrii ducem: securior aduersus viginti milia exercitus regis: cum nōgentis viris bellum adorsus: volentibus his credere ne multititudine opprimerentur: gloriosam magis morte: q; turpē fugam suasit. Ne crimed inquit nostræ relinquamus gloriae. Itaq; cōmissio prelio: cum a primo ortu diei in vesperam dimicaretur: dextrum cornu: in quo validissimā manū aduertit hostiū: aggressus facile auertit. Sed dū fūgientes sequitur: a tergo vulneri locū præbuit. Itaq; gloriolorem triumphis locū mortis inuenit. Quid ionatham frēm eius artexā: qui cū parua manu adūsus exercitus regis pugnans: desertus a suis & cum duobus tantū relictus reparauit bellū: auertit hostē fugitantes suos ad societatem reuocauit triūphi. Habes fortitudinē bellicam: in qua nō medioeris honesti ac decori forma est: q; morte seruituti præfata ac turpitudini. Quid aut de martyribus dicā passionibus? Et ne longius vagemur: num minore de superbo rege. Antiocho machabæi pueri reuixerūt triumphū: q; parentes proprii? Siquidē illi armati isti sine armis vixerūt. Stetit invicta septē pueroru cohortis: regus cincta legionibus: defecerūt supplicia: cesserunt tortores: non defecerūt martyres. Alius

1. Macha. 6.c.

2. Macha. 7.a.

cōtiū capitis exutus: spēm mutauerat: virtutem au-
xerat. Alius linguam iussus amputandam promere
respondit. Non solos dñs audit loquentes: qui
audiebat Moysen tacentem. Plus audit tacitas
cognitiones suorum: q̄ uoces omnium. Lingue
flagellum times: flagellum sanguinis nō times:
Habet & sanguis uocem suam: quā clamat ad de-
um: sicut clamauit in Abel. Quid de matre lo-
quar quæ spectabat lœta filiorum quot funera
tot trophea: & mortuentium uocibus tanquam
psallentium cantibus delecta datur: pulcherri-
mam uentris sui citharam in filius cernens: & pi-
etatis harmoniam omni lyrae numero dulciore
Quid de bimulis loquar: qui ante palmam vi-
ctoriae accepertunt q̄ sensum naturæ. Quid de sâ-
cta Agne: quæ in duarum maximarum terum
posita periculo castitatis & salutis: castitatem p-
texit: salutem cum immortalitate cōmutauit:
Non prætereamus etiam sanctum Laurentiu-
qui cum videret Sextum ep̄m suum ad marty-
rium duci: flere coepit: non passionem illius sed
suam remansionem. Itaqz his uerbis appellare
coepit. Quo progrederis sine filio pater. Quo
sacerdos sancte sine diacono properas: Tu nūq̄
sacrificium sine ministro offerre consueueras:
Quid in me ergo displicuit pater: Num de ge-
nere probasti. Expire certe: utrum idoneum
ministrum elegeris. Cui commisisti dominici
sanguinis consecrationem: cui consummandorum
consortium sacrorum: huic consortium tui sangu-
inis negas. Vide ne periclitetur iudicium tuū: dum
fortitudo laudatur. Abiectione discipuli: detrimē-
tum est magistri. Quid q̄ illustres & prestates
viti discipulorum certaminibus q̄ suis vincit
Deniqz Abraam filium obtulit: Petrus Stephā-

num premisit. Et tu pater ostende in filio virtu
tem tuam offer quem erudisti: ut securus iudicii
tui: comitatu nobili peruenias ad coronam. Tunc
Sixtus ait. Non ego te fili derelinquo ac deserbo:
sed maiora tibi debentur certamina. Nos quasi
senes leuioris pugne cursum recipimus: te qua-
si iuuenem manet gloriofior de tyranno triu-
phus. Mox uenies: flere desiste. post triduum me
sequeris. Inter sacerdotem & leuitam hic medi⁹
numerus decet: Non erat tuum sub magro vin-
cere: quasi adiutorem quereres. Quid consorti-
um passionis meæ expetis: Totam tibi hære-
ditatem eius dimitto. Quid presentia meam
requiris: Infirmi discipuli magistrum prec-
endant: fortes sequantur: ut vincant sine magi-
stro: qui iam non indigent magisterio. Sic &
Helias Helisæum reliquit. Tibi ergo commen-
do nostræ virtutis successionem. Talis erat co-
tentio: digna sane: de qua certarent sacerdos
& minister: quis prior pateretur pro christi no-
mine. In fabulis ferunt tragicis: excitatos thea-
tri magnos esse plausus: cum se Pylades Ore-
stè diceret. Orestes (vt erat) Orestè se esse asseue-
aret: ille ut pro Oreste necaretur: Orestes ne Pi-
ladè pro se pateretur necari. Sed illis non licebat
viuere: quod uterquod esset parricidii reus: alter qui
fecisset: alter qui adiuuisset: Hic Laurentiū
sanctum ad hoc nullus vrgebat nisi amor de-
uotionis tamen & ipse post triduum: cum illu-
so tyranno impositus super craticulæ exureret⁹
Assum est inquit: versa & manduca. Ita animi
uirtute vincebat ignis naturam. Caplm. xlii.
CAuendum etiam reor: ne dum aliqui
nimia gloriæ ducuntur cupiditate: in-
solentius abutantur pratibus: & plærumquod a-

uersos a nobis animos gentilium: in studia perse-
cutionis excitent atq; inflamment ad iracundia
Itaq; ut illi perseverare possint & supplicia vince-
re: quantos perire faciunt: Prospiciendum etiam:
ne adulantibus aperi amus autem. Emolliri eni-
adulatione non solum fortitudinis non esse: sed
etiam ignauiae videtur. **Capitulū. xlvi.**

Quoniam de tribus virtutibus diximus:
restat ut de quarta virtute dicamus: q̄
temperantia ac modestia uocatur: in qua maxi-
me tranquillitas animi: studium mansuetudis
moderationis gratia: honestatis cura: decoris cō-
sideratio spectatur & queritur. Ordo igitur qdā
vitæ nobis tenendus est. vt a verecundia p̄ia q̄
dam fundamenta ducantur: qua socia ac fami-
liaris est mentis placiditati propter uia fugitās
ab omni aliena luxu: sobrietatem diligit: honesta-
tem fouet: decorum illud requirit. Sequatur cō-
uersationis electio ut adiungamur probatissi-
mis quibusq; senioribus. Namq; ut æqualium
vſus dulcior: ita senum tutior ē. qui magisterio
quodam & ducta vitæ colorat mores adolescen-
tium: & uelut murice probitatis inficit: Nāq; si
hi qui sunt ignari locorum: cum solertibus via-
rum iter adoriri gestiunt: quantum agis adole-
scentes cum senibus debent nouum sibi iter vi-
tae aggredi: quo minus errare possint: & a ve-
ro tramite virtutis deflectere: Nihil enim pul-
crius quam eosdem & magistros vitæ & testes
habere. Quærendum est etiam in omni actu: qd
personis: temporibus conueniat atq; ætatibus qd
etiam singulorum ingenii sit accommodum.
Sæpe enim quod alterum decet: alterum non de-
cer. Aliud iuueni aptum: aliud seni: aliud in
periculis: aliud in rebus secundis. Saltauit ate

I.R. 21. b.

arcam domini: David: non saltauit Samuel. Nec
ideo ille reprehensus: sed magis iste laudatus. Mu-
tauit vultum coram rege: cui nomen Achis. At
hoc si fecisset remota formidine quo minus co-
gnosceretur: nequaq; leuitatis reprehensione care-
re potuisset. Saul quoq; uallatus choro prophetar-
um. etiam ipse prophetauit: & de solo quasi in-
digno memoratum est. Et Saul inter prophetas.

I. RE. 10. b.

VNUSQUISQ; igitur. **Capitulum. xliii.**
suum ingenium mouerit: & ad id se ap-
plicet quod sibi aptum elegerit. Itaq; quod sequa-
tur prius consideret. Non solum nouerit bona
sua: sed etiam vitia cognoscat: & qualiter se iu-
dicem sui præbeat: ut bonis intendat: vitia de-
clinet. Alius distinguendæ lectioni aptior: alius
psalmo gratori: alius exorcizandis q; ma-
lo laborant spiritu sollicitior: alius sacrario op-
portunior habetur. Hæc omnia spectet sacer-
dos: & qd cuiq; congruat id offici deputet:
Quo etenim vnumquemq; suum ducit inge-
nium: aut quod officium decet: id maiore ipiet
gratia. Sed id cum in omni vita difficile sit:
tamen in nostro actu difficillimum ē. Amat
enim unusquisq; sequi vitam parentum. De-
nig; pleriq; ad militiam feruntur: quorum
militauerunt parentes: alii ad actiones diuer-
sas. In ecclesiastico vero officio nihil inuenias ra-
tius: q; eum qui sequatur institutum patris vel
quia graues deterrent actus: uel quia in lu-
brica ætate difficilior abstinentia: uel quia ala-
cri adolescentiæ videtur vita obscurior: & ideo
ad ea conuertuntur studia: quæ plausibiliora
arbitrantur. Præsentia quippe p'les q; futura
præferunt. Illi autem præsentibus: nos futuris
militamus. Vnde quo præstantior causa: eo

debet cura esse attentior. **Capitulū. xlv.**

Tenemus igitur uere cundiam: & eam quae totius vitæ ornatum attollit modestiam. Non enim mediocre est: rebus singulis modum seruare atq; impactiri ordinem: in quo vere præ lucet illud quod decorū dicitur: quod ita cum honesto iungitur ut separari nō queat: Si quidem & quod decet honestum est: & quod honestum est decet: ut magis in sermone distinctio sit: q̄ in virtute discretio. Differre enim ea inter se intelligi potest: explicari nō potest. Et ut conemur aliquid eruere distinctionis: honestas uelut bona ualitudo est: & quedam salubritas corporis: decus at tanq; uenustas & pulchritudo. Sicut ergo pulcritudo sup̄ salubritatem ac ualitudinem videtur excellere: & tamen sine his esse non potest: neq; ullo separati modo: qm nisi bona ualitudo sit: pulcritudo esse ac uenustas non pot: sio honestas decorum illud in se continet: ut ab ea profectum videatur: & sine ea esse non possit. Velut salubritas igitur totius operis actusq; nostri honestas est: & sicut species est decorū quod cum honestate confusum opinione distinguuntur. Nam & si in aliquo videatur excellere: tamen in radice est honestatis sed flore præcipuo: ut sine ea decidat: in ea floreat. Qd enim est honestas: nisi turpitudinem: quasi mortem fugiat. Quid vero in honestum: nisi quod ariditatem ac mortem afferat: virete igitur substantia virtutis: decorum illud tanq; flos emicat: quia radix sua est. At vero propositi nri radice vitiola: nihil germinat. Habet hoc in nostris aliquanto expensis. Dicit enim David: Dominus regnauit

Ps. 92. a.

Ro. 15. d.

decorum induit. Et aplūs ait. Sicut in die ho
neste ambulat. Quod gr̄ece dicitur. εὐδόκη
μορφή. Hoc autē propriè significat: bono ha
bitu: bona specie. Deus ergo primum hominem
cum conderet: bona habitidine: bona mēbro
rum compositione formauit & optimam ei spe
ciem dedit: remissionem non dederat peccator
sed postea q̄ renouauit eum spū: & infudit ei
gratiam: qui uenerat in serui forma: & in hōis
specie: assumpsit decorum redēptionis huma
næ. Et ideo dicit propheta. Dominus regnauit
decorum induit: Deinde alibi dicit: Te decet
hymnus deus in Sion. Hoc est dicere. Honestu
m̄ est: ut te timeamus: te diligamus: te precerem
te honorificemus. Scriptum est enim. Omnia
vestra honeste fiant. Sed possumus & hominē
timere: diligere: rogare: honorare. Hymnus spe
cialiter deo dicitur. Hoc tanq̄ excellentius ca
teris credere est decorum: quod deferimus deo
Mulierem quoqz in habitu ornato orare con
uenit: sed specialiter eam decet orare uelatam
& orare promittentem castitatem cum bona co
uersatione. Capitulum. xlvi.

Et igitur decorum quod p̄t̄minet: cu
ius diuisio gemina est: Nam est deco
rum: quasi generale: quod per uniuersitatem
funditur honestatis: & quasi in toto spectat
corpo. Est etiam speciale: quod in parte aliq
enitet: Illud generale ita est. ac si æquabilem
formam atqz uniuersitatem honestatis in oī
actu suo habeat concinentem: cum omnis sibi
eius vita consentit: nec niulla aliqua re disce
pat. Hoc speciale cum aliquem adum in suis
habet virtutibus p̄t̄minentem. Simul illud
aduerte: q̄ & decorum est: secundum naturā

viuere secundum naturā degere. & turpe est qd'
 fit contra naturā. Aut enim apostolus quasi int'
 rogans. Decet mulierem non uelatam orare de
 um: Nec ipsa natura nos docet. Q̄ vir quidē
 si comam habeat ignominia est illi: quoniam con
 tra naturam est: Et iterum dicit. Mulier uero si
 capillos habeat gloria est illi. Est enim secundū
 naturam: quoniam quidē capilli pro uelamine
 sunt: Hoc est enim naturale vel amen. Perso
 nam igitur nobis & spēm natura ipsa dispensat
 quam seruare debemus: utinamq; & innocentia
 eius custodire possimus nec acceptam nostram a
 licia mutaret. Habes hunc decorum generale: q̄a
 fecit deus mundi istius pulchritudinem. H̄z
 bes & per partes: q̄a cum ficeret deus lucem: &
 diem noctemq; distingueret: cum conderet cœ
 lum: cum terras & maria separet: cum solem &
 lunam & stellas constitueret lucere super terrā
 probauit singula. Ergo decorum hoc: quod in
 singulis mundi partibus elucebat: in vniuersi
 tate resplenduit: sicut probat sapientia: dicens
 Ego eram cui applaudebat: cum lataretur or
 be perfecto. Similiter ergo & in fabrica huani
 corporis grata est uniuscuiusq; membra portio
 Sed plus in commune compositio membrorum
 apta delectat q̄ ita sibi quadrare & conuenire
 videantur. **Capitulum. xlvi.**

1. Co. 11. 2.

Proū. 8. v.

Si quis igitur æquabilitatem vniuersit
 atis & singularium actionum modos
 seruet: ordinem quoq; & constantiam dictior,
 atq; operum: moderationem q; custodiat: in ei
 vita decorum illud excellit & quasi in quodā
 speculo elucet: Accedat tamen lauis sermo:
 ut conciliet sibi affectum audientium: gratiūq;
 se uel familiaribus: uel ciuib;: uel si fieri pot

omnibus prebeat: neq; adulantem se: neq; adulandum cuiq; exhibeat. Alterum enim calliditatis est: uanitatis alterum: Non despiciat qd de se unusquisq; & maxime vir optimus sentiat. Hoc enim modo discit bonis deferre reverentiam. Nam negligere bonorum iudicia: uel arrogantia: uel dissolutionis est: quorum alterum superbiz ascribitur. alterum negligenter. Caveat etiam motus animi sui. Ipse enim sibi & obseruandus & circunspiciendus est & ut aduersum se cauendus: ita etiam de se tuerendus. Sunt enim modus: in quibus est appetitus illius: qui quasi quadam prorumpit ipse tu. Vnde græce ophth dicitur: quod vi quadam se repente proripiatur. Non mediocris in his vis quadam animi atq; naturæ est. Quæ tamen vis gemina est. Una in appetitu: altera in ratione posita: quæ appetitum refrenet & sibi obedientem præstet & ducat quo velit & tanq; sedulo magisterio edoceat quid fieri: quid evitari oporteat: ut bona dñatrici obtemperet. Solliciti enim debemus esse: ne quid temere aut incuriose geramus: aut quicq; oīno cuius probabilem non possimus rationem reddere. Actus enim nostri causa: & si non oībus redditur: tamen ab omnibus examinatur: Nec vero habemus: in quo nos possimus excusare. Nam & si vis quadam naturæ in one appetitu sit: tamen idem appetitus rationi subiectus est lege naturæ ipsius: & obedit ei. vnde boni speculatoris est: ita prætendere animo: ut appetitus neq; præcurrat ratione neq; deserat: ne præcurrendo pecturbet atq; excludat: eamq; deserendo destituat. Perturbatione tollit constantiam: destitutio pro-

dit ignauiam: accusat pigriciam Perturbata enim mente latius se ac longius fundit appetitus: & tanque efferto impetu frenos rationis noscitur: nec vlla sentit aurige moderamina: quia bus possit reflecti. Vnde plerumque non solum dum animus exagitatur amittitur ratio: sed etiam inflammatur uultus: uel iracundia: vel libidine: pallescit timore: uoluptate se non capit: & nimia gestit Læticia. Hæc cum fiunt: abicitur illa naturalis quedam censura grauitas quia morum: nec teneri potest. illa quæ in rebus gerendis atque consiliis sola potest auctoritatē suā atque illud quod deceat tenere constantia. Grauior autem appetitus ex indignatione nimia nascitur: quam acceptæ plerumque accedit iniuria dolor. De quo satis nos psalmi quem in prefatione posuimus precepta instruunt. Pulcre at & hoc accidit: ut scripturi de officiis: ea prefationis nostre assertione vteremur: quæ & ipsa ad officii magisterium pertineret.

Sed quia supra: **Capitulum. xl viii.**

ut oportebat: perstrinximus: quemadmodum unusquisque cauete possit ne excitetur accepta iniuria uerentes ne prefatio prolixior fieret: nunc de eo uberior disputandum arbitror. Locus enim opportuus est: ut in partibus temperantiae dicamus: quemadmodum reprimatur iracundia. Tria itaque genera esse hominum iniuriam accipientium: in scripturis diuinis demonstrare uolumus si possumus: Vnum est eorum quibus peccator insultat: conuictatur iniquitate. At his quia deest iustitia: pudor crescit: augetur dolor. Horum similes plurimi de meo ordine: de meo numero. Nam mihi infirmo si quis iniuriam facit: forsitan

licet infirmus: donem iniuriam meam. Si crīmē
obiiciat: non sum tantus: ut sim contentus con-
scientia mea. etiam si me eius obiectio alienū
nouerim: sed cupio abluere ingenui pudoris
notam tanq̄ infirmus. Ergo oculum pro ocu-
lo & dentem pro dente exigo: & conuitum
conuitio reperdo. Si uero is sum qui proficiā
& si nondum perfectus: non retorqueo contu-
meliam: & si influat ille conuitum: & inū-
det aures meas contumelii: ego taceo: & nihil
respondeo. Si vero perfectus sim & bi gratia lo-
quor nam veritate infirmus sum. Si ergo per-
fectus sim: benedico maledicentē: sicut bene-
dicebat & Paulus: qui ait. Maledicimur: & be-
nedicimus. Audierat enim dicentem: Diligi-
te inimicos vestros: orate pro calumniantib⁹
& persequentibus vos. Ideo ergo Paulus perse-
cutionem patiebatur & sustinebat: quia vin-
cebat & mitigabat humanum affectum. pro
positæ mercedis gratia: ut filius dei fieret si
dilexisset inimicum. Tr̄ & sanctum David i
hoc quoqz genere virtutis impare. Paulo non
fuisse edocere possumus. Qui primo quidem cū
male diceret ei filius Semei: & crīmna obiiceret
tacebat & humiliabitur: & silebat a bonis suis
hoc est: bonorum operum conscientia: deinde expe-
tebat maledicti sibi: quia maledicto illo diuina
exquirebat misericordiam. Vide autē quomodo
& humilitatem & iusticiam & prudentiam eme-
rendæ a domino gr̄e reseruauerit. Primo dicit
Ideo maledicit mihi: quia dñs dixit illi: ut male-
dicat. Habes humilitatem: quia ea quæ diuini-
tus imperabantur æquanimiter quasi seruulus
ferenda arbitrabatur. Iterum dixit. Ecce filius
meus qui exiuit de ventre meo querit anima

Deu. 19. v.

1. Co. 4. c.

Mat. 5. g.

2. Re. 16. b.

meam. Habet iusticiam. Si enim a nostris graui-
 rapatimur: cur indigne ferimus quæ inferuntur
 ab alienis. Tertio ait. Dimitte illum ut maledi-
 cat: quoniam dixit illi dñs: ut videat humiliati-
 onem meam: & retribuet mihi tñs pro maledi-
 cto hoc. Nec iam solum conuictantem pertulit
 sed etiam lapidantem & sequentem: illesum re-
 liquit: quinetiam post victoriam petenti venia
 libenter ignouit. Quod eo inserui: ut euangeli-
 co sp̄us anto. Dauid non solum in offensu sed e-
 tam gratum fuisse conuictanti docerem: & de-
 lectatum potiusq; exasperatum iniutus: pro q;
 bus mercedem sibi reddendam arbitrabatur:
 Sed tamen q;uis perfectus adhuc perfectiora
 querebat. Incalesebat iniuriæ dolore quasi ho-
 mo: sed vincebat spū: quasi bonus miles. Tolera-
 bat quasi athleta fortis: patientiæ at finis pro-
 missorum expectatio: & ideo dicebat. Notum
 fac mihi domine finem meum: & numeru die-
 rum meoru: qui est: ut sciam quid desit mihi:
 Finem illum querit promissorum coelestiū. uel
 illum quando vnuquisq; surget in suo ordine:
 primitiæ Christus: deinde hi qui sunt Christi
 qui in aduentum eius crediderunt: deinde finis
 Tradito enim regno deo & p̄ti: & evacuatis om-
 nibus potestatis: ut A postolus dixit: perfectio
 incipit. Hic ergo impedimentum: hic infirmi-
 tas etiam perfectorum illic plena perfectio. Ideo
 & dies illos requirit vitæ æternæ qui sunt: non q;
 prætereunt: ut cognoscat quid sibi desit: quæ
 terra sit recompensationis. perpetuos fructus feres
 q; prima apud patrem mansio: quæ secunda: q;
 tertia: in quibus pro ratione meritorū vnuisq;
 qs requiescit. Illa ergo nobis expetenda: in qui-
 bus perfectio: in quibus veritas est: Hic vñ-

Ps. 38.2.

1. Co. 15.c.

bra: hic imago: illic ueritas: umbra in lege: i-
mago in euangelio: ueritas in celestibus. An
agnus offerebatur: offerebatur vitulus: nūc
christus offertur: sed offertur quasi homo:
quasi recipiens passionem: & offert seipse q-
si sacerdos: ut peccata nostra dimitat. Hic
in imagine: ibi in veritate: ubi apud patrem
pro nobis quasi aduocatus interuenit. Hic
ergo in imagine ambulamus: in imagine
videmus: illic facie ad faciem: ubi plena per-
fectio: quia perfectio omnis in veritate est:

Ego dum hic sumus. **Caplīm. xlii.**
seruemus imaginem: ut ibi perueni-
amus ad veritatem. sit in nobis imago iusti-
cie: sit imago sapientiae: qua veniemus ad
illum diem: & secundum imaginem estimabi-
mus. Non inueniat in te aduersarius ima-
ginem suam: non rabiem: non furorem. In his
enim imago nequicx est Aduersarius enim
diabolus sicut leo rugiens querit quem occi-
dat: quem deuoret. Non inueniat auti cupiditi-
atem: non argenti aceruos: non vitorum
simulacra: ne auferat tibi uocem libertatis:
Vox enim libertatis illa est. ut dicas. Veniet
huius mundi princeps: & in me inueniet nihil
Itaqz si securus es. q in te nihil inueniat: cu
venerit pscrutari. dices illud quod dixit: ad
Labam **Jacob** patriarcha: Cognosce si quid tuo-
rum est apud me. Merito beatus Jacob: apud
quem nihil Labam suum potuit repire. Absco-
derat enim Rachel simulachra deorum eius:
aurea & argentea. Itaqz si sapientia: si fides:
si contemptus lœculi: si gratia tua absco-
dis in vanitates & in sanias falsas. An mediocre

1. Pe. 5. b.

1ob. 14. d.

Gen. 31. e.

Ps. 39. a.

est tollere uocem aduersatio: ut arguendi te nō
 possit habere auctoritatem: Itaqz qui non respic-
 cit in vanitates: non conturbatur: qui enim re-
 spicit conturbatur & vanissime quidem. Quid
 est enim congregare opes: nisi vanum: quia ex-
 duca querere: vanum est satis. Cum autem con-
 gregaueris: qui scias: an possidete liceat tibi:
 Nonne vanum est ut mercator noctibus ac di-
 ebus conficiat iter quo aggerare possit thesauro
 aeroos: mettes congerat: conturbetur ad p̄cium
 ne forte minoris vendat q̄ emerit: aucupetur
 locorum precia. & subito aut latrones in se in-
 uidia famosæ & negociationis excitet: aut non
 expectatis senectibus flatibus: dum luctu q̄
 rit: naufragium impatiens mortæ incidat. An
 non conturbatur etiam ille vane: qui summo
 labore coaceruat: quod nesciat cui herediti relî-
 quat: Sæpe quod auarus summa congessetur
 sollicitudine: præcipiti effusione dilapidat hæ-
 res luxuriosus: & diu quæsita: turpis helluo: &
 presentium cæcus: futuri imprudens: quidam
 absorbet voragine. Sæpe etiam speratas succe-
 sor inuidiam p̄tæ acquirit hereditatis: & cele-
 ri obitu extraneis aditæ successionis transcribit
 compendia. Quid ergo vane araneam texis: q̄
 in anis & sine fructu est: & tanq̄ casses suspedis
 inutiles diuinitatum copias: que & si fluant ni-
 bil prosunt: imo exuunt te imaginē dei: & indu-
 unt terreni imaginem: Sit yrranni aliquis imagi-
 nem habeat: nonne obnoxius est damnationi:
 Tu deponis imaginem æterni imperatoris: & e-
 rigis in te imaginem mortis. Euice magis de ci-
 uitate animæ tuæ imaginē diaboli. & attolle
 imaginem Christi. Hæc in te fulgeat in tua ci-
 uitate. hoc est: in anima resplendeat: que ob-

d. 21. 29

2xi-18M

d. 2. II. 4

Ps. 72. c.
litterat vitiorum imagines. De quibus ait. David. Domine: in curitate tua: ad nihilum deduces imagines eorum. Cum enim depinxerit illam Hierusalem dominus ad imaginem suam: tunc aduersariorum omnis imago deletur. *Cap. L.*

*Q*uod si euangelio domini etiam populus ipse ad despiciētiam opum informatus atq; institutus est: q̄to magis vos leuitas oportet terrenis non tenet cupiditatibus quorum deus p̄ctio est. Nam cum diuidetur a Moysē possessio terrena patrum populo: excepit leuitas dominus a terrenē possessionis consortio: q̄ ipse illis esset funiculus h̄ereditatis. Vnde ait. David: Dominus pars h̄ereditatis mee & calicis mei. Deniq; sic appellatur leuita: ipse meus: ut ipse pro me: Magnum ergo munus eius: vt de eo dominus dicat: ipse meus. Vel quem admodum Petro dixit de statere in ore piscis repto: Dabis eis pro me & pro te. Vnde & apostolus cum ep̄m. dicasse debete esse sobrium: pudicum ornatum: hospitabilem: docibilem: non auarum: non lengiosum: domui sua & bene præpositum addidit: diaconos similiter oportet esse graues non bilingues: non multo vino deditos: non turpe lucrum lectantes: habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi at probentur primū & sic ministrant: nullum crimen habentes. Ad uertim us quanta in nobis requirantur: ut abstinenſ sit a vino minister domini: ut testimonio bono fulciatur: non solum fidelium: sed etiam ab his qui foris sunt. Decet enim actuum opetumq; nostrorum testem esse publicam estimationem & attestationem: ne verogetur muneri: ut qui videt ministram altaris congruis ornatum virtutibus: auctore prædicet:

Ps. 15. b.
Mat. 17. g.

1. Ti. 3. b.

1. Cor. 11. 28.

44

& dominum ueneretur: qui tales seruulos habeat: Laus enim dñi: vbi munda possessio: & innocentia familiæ disciplina. De castimonia autem quid loquar: quando uiratantum nec repetita permittit copula. Et in ipso ergo coniugio lex est: non iterare coniugium: nec secundæ coniugis sortiri coniunctionem. Quod plærisq; mirum videtur: cur etiam ante baptismum iterato coniugio: ad electione munis & ordinationis prerogatiuam impedimenta generentur: cum etiam delicta obesse non soleant: si lauacci remissa fuerit sacro. Sed intelligere debemus quia in baptismo culpa dimitti potest: lex aboleri non pot. In coniugio non culpa sed lex est. Quod culpe est igitur in baptimate relaxatur: quod legis est: in coniugio non soluitur. Quomodo autem pot hortator esse viduitatis: qui ipsa coniugia frequenter: inoffensum autem exhibendum & imculatum ministerium: nec ullo coniugali coitu violandum cognoscitis: qui integro corpore: incorrupto pudore: alieni etiam ab ipso consortio coniugali: sacri ministerii gratiam receperitis. Quod eo non præterii: quia in plærisq; abditionibus locis cum ministerium gererent: uel etiam sacerdotium: filios suscepserunt: & id tanq; vsu veteri defendunt: qn p interualla dierum sacrificium deferebatur: & tamen castificabatur etiam populus per biduum aut per triduum ut ad sacrificium purus accederet vt in veteri testamento legimus. Et lauabat uestimenta sua. Si in figura tanta obseruantia: qnta in veritate. Disce sacerdos atq; leuita qd sit lauare vestimenta tua: ut mundum corpus celebrandis exhibeas sacris. Si populus sine ablutione uestimentorum suorum prohibebatur accedere ad hostiam suam: tu illotus mente pariter & corpore: audes pro aliis supplicare: audes pro aliis

Exo. 19. c.

ministrare. Non mediocre officium leuitarū: de quibus dominus dicit. Ecce eligo leuitas de me-
dio filiorum israel. pro omni primogenito ape-
riente vulvam in filiis Israel: redemptiones eorū
erunt isti. & erunt mihi leuitæ. Mihi enim sa-
ctificauī primogenitum in terra egypti. Cog-
nouimus. quia non inter ceteros leuitæ copula-
tur: sed omnibus præferuntur: qui eliguntur
ex omnibus: & sanctificantur: ut primogenita
fructuum atq; primitiæ quæ domino depu-
tantur: in quibus est uotorum solutio: & re-
demptio peccatorum. Non accipies inquit eos
inter filios israel: & constitues leuitas super
tabernaculum testimonii: & super omnia va-
sa eius astante: et sup quæcunq; sunt in ipso. Ip-
si tollant tabernaculum: & omnia vasa eius:
& ipsi ministrent in eo: & in circuitu taberna-
culi castra ipsi constituant: & promouendo ta-
bernaculum ipsi deponant leuitæ. & constituē-
do castra: rursum ipsum tabernaculum ipsi sta-
tuant. Alienigena quicūq; accesserit: morte mo-
tiatur. Tu ergo electus ex omni numero filiorū
israel: inter lacros fructus quasi primogenitus
estimatus: præpositus tabernaculo: ut præten-
das in castris sanctitatis & fidei: ad quæ si alie-
nigena accesserit morte morietur: positus vto-
perias arcam testamenti. Non enim omnes vi-
dent altæ mysteriorum: quia operiuntur a le-
uitis. ne videant qui videre non debent: & su-
mant qui fetuare non possunt. Moyses deniq;
circuncisionē vidit spiritalem: sed operuit eam
ut in signo circuncisionē præscriberet. Vedit &
açyma sinceritatis & veritatis: vedit passionē
domini: operuit açymis corporalibus açyma
veritatis: operuit passionē domini: agni velvi

42

tuli immolatione: & boni leuitæ seruauerit
mysterium fidei suæ sub hoc tegmine: & tu
mediocre putas: quod cōmissum est tibi.
Primum vt alta dei videoas: quod est sapien-
tiæ. Deinde vt excubias pro populo deferas: quod
est iusticiæ: castra defendas: tabernaculūqz tuearis: qđ
est fortitudinis. tēipm continētem ac sobriū p̄stes
quod est temperentia. Hęc virtutū genera p̄ci-
palia: constituerūt etiā hi qui foris sunt: sed cōta-
tis superiorē ordinē quā sapīæ iudicauerūt: cum
sapientia fundamentū sit: iusticia opus sit: qđ ma-
nere non pōt nisi fundamētum habeat. Fundamē-
tū autē christus est. Prīa ergo fides: quæ est sapīæ
vt Salomon dicit: secutus patrem. Initiū sapien-
tiæ timor dñi. Et Ierex dicit. Diliges dñm deū tuū:
diliges proximū tuū. Pulchrū est igitur vt grām-
tuam atqz officia in societatē humani generis cō-
feras. Sed primū illud decorū est: vt quod ha-
bes preciolissimū hoc est: mentē tuā (qđ nihil ha-
bes prestantius) deo deputes. Cū solueris aucto-
ri debitū: licet vt opera tua in bñficiā & ad-
iumenta hoīm cōferas: atqz opē feras necessita-
tibus: aut pecunia: aut officio: aut etiā quocun-
qz munere: quod late patet in vīo mīsterio. Pecu-
nia vt subuenias: debito obligatum liberes. Offi-
cio: vt seruāda suscipias: quæ metuit amittere:
qui deponenda credidit. Officiū est igitur depo-
litū seruare ac reddere. Sed interdū cōmutatio-
fit: aut tpe: aut necessitate: vt nō sit officiū red-
dere quod acceperis. Ut si quis cōtra patriā opē
barbaris ferēs: pecuniā apertus hostis reposcat:
aut si cui reddas cū assit qui extorqueat: si fu-
renti restituas cū seruare nō queat: si insaniē-
ti gladiū depositū nō neges quo se ille interi-
mat: nōne soluisse cōtra officiū est! Si furto qđ

1. Co. 3. c.

Eccī. 1. b.

Deu. 6. a.

Mat. 14. 2.

Iudi. ii. 9.

Mat. 5. 5.

Deut. 33. 2.

sita sciens suscipias: ut fraudetur qui amiserat: nō
ne contra officium est? Est etiam contra officium
nō nunqus soluere promissum: sacrum custodire:
ut Herodes qui iurauit: qm quicquid petitus es-
set daret filiae Herodiadis: & necem iohannis pre-
sttit: ne promissum negaret. Nam de Iepte qd
dicam: qui immolauit filiam suam: quae sibi vic-
tori prima occurrerat: quo votū impleret quod
spoponderat: ut quicquid sibi primum occuruisse
offerret deo. Melius fuerat nihil tale promittere:
qui promissum parricidio soluere. Hæc qunti con-
siliū sit prospicere non ignoratis. Et ideo eligat
leuita: qui sacrariū custodiat: ne fallatur consi-
lio: ne fidem deserat: ne mortem timeat: ne qd
intemperantius gerat: ut specie ipa grauitatē
preferat. Nec solum animum: sed etiam oculos
continētes habere quē deceat: ne vel ipse fronte
sobrietatis fortuitus violet occursus. Qm qui
viderit mulierē ad concupiscendū eam: adultera-
uit eam in corde suo. Ita adulteriū nō solum saeculi
colluvione: sed etiam asperitus intentione cōmit-
titur. Magna hæc videntur ac nimis severa: sed in
magno munere: nō superflua: quando tanta est
leuitarum gratia: ut de his Moyses in benedicti-
onibus diceret. Date Leui veros eius: date Leui
manifestos eius: date leui sorte suffragii sui: &
veritates eius viro sancto: quē tentauerunt in
tentationibus: maledixerunt super aquā cōtra-
dictionis. Qui dicit prī suo: & matri suae: nō no-
ui te: & fratres suos non cognouit: & filios suos
abdicauit: hic custodiat verba tua: & testamen-
tum tuum obseruabit. Illi ergo veri eius & ma-
nifesti eius. Quin nihil in corde dolí habeant: ni-
hil fraudis occultent: sed verba eius custodian-
& in corde suo conferant. sicut conferebat &

Maria. Qui suos parentes officio suo non nouerint preferendos qui violato res oderint castitatis: pudicæ vlciscatur iniuriam: nouerint officiorum tempora: quod maius: quod minus sit: quod cuiq; aptum sit tempori: & ut id solū sequatur quod honestū est. Sane ubi duo honestia: id quod honestius est: præponendū patent. Hinc bene dicet i. Si quis ergo manifester iusticiā dei & incensum ponat: benedic dñe virtutē ipsius: opera manuum eius: suscipe: ut gratiam propheticæ benedictionis inueniat apud eum: qui viuit & regnat in secula sæculorum. Amen.

**SANCTI AMBROSII EPISCOPI
OFFICIORVM LIBER.
SECUNDVS ICIPIT.**

Capitulum I.



Vpere libro de officiis tractauimus: que conuenire honestati adiunctoribus: in q; vitam beatam posita esse minime dubitabamus: quā scriptura apellat vitam æternā. Tantus enim splendor honestatis est: ut vitam beatā efficiat: tranquillitas conscientiae: & securitas innocentiae. Et ideo sic ut exortus sol: lumen globum: & cælestia stellarū abscondit luximata fulgor honestatis: ubi vero & inderupto vibrat decor: cætera quæ putantur bona secundum voluptatē corporis: aut secundum sacrum clara & illustria obumbrat. Beata plane: quæ non alienis estimatur iudicis: sed omellicis percipitur sensibus: tanq; si riuex. Neq; enī populares opinione promere deali qua requirit: neq; suppicio pauet. Itaq; quæ cinis sequitur gloriam: eo magis super eam emit net. Nam qui gloria requirunt: his iam metces presentiū: umbra futurorum est: quæ impedit

Mat. 6. b.

vitam æternam: quod in euangelio scriptum est. Amen dico vobis: receperunt mercedem suā de his scilicet qui velut tuba canendo: vulgare liberalitatem suam quā faciunt circa pauperes: ge strūt. Similiter & de iejunio quod ostentationis causa faciunt. Habent inquit mercedem suam honestatis igitur est vel misericordiā facere vel iejunum deferre in abscondito: vel mercedem videaris a solo deo tuo quærere: non etiā ab hominibus. Nā qui ab hominibus quærit: habet mercedē suam. Qui autem a deo habet vitā æternam: quod praestare non potest nisi auctor æternitatis: sicut illō est. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Vnde expressius scriptuta vitā æternā appellauit eam quæ sic sit beata: vt non hominum opinioribus estimanda relinqueretur: sed diuino iudicio

Luč. 23. f.

Laqz philosophi: beatam vitā: alii in nō dolendo posuerunt: vt Hieronymus: alii in rerum scientia: vt Herillus: qui audiens ab Aristotele & Theophrasto mirabiliter laudatam esse teraz scientiam: solam eam quasi summū bonū posuit: cum illi eam quasi bonum: non quasi solum bonum laudauerint. Alii voluptatem dixerunt: vt Epicurus. Alii vt Callipho: & post eū Diodorus: ita interpretati sunt: vt alter ad voluptatem: alter ad vacuitatē doloris: consortiū honestatis adiūgerent: q̄ sine ea non possit esse beata vita. Zenon stoicus solum & summū bonū quod honestum est. Aristoteles autē & Theophratus: & cæteri peripatetici: in virtute quidē: hoc est: in honestate vitam beatam esse: sed completri eius beatitudinē etiā corporis voluptatibus atqz externis bonis asseruerunt. Scriptura autē diuina: uitā beatam in cognitione posuit diuinita-

tis: & fructu bona operationis. Deniqz vtriusqz
 assertionis euangelicum suppetit testimonium.
 Nam & de scientia ita dicit dominus Iesus. Hæc
 est autem vita æterna: ut cognoscant te solū ver
 dum: & quē misisti Iesum christū. Et de operi
 bus ita respondit. Omnis qui reliquerit domū:
 uel frēs: aut sorores: aut pratrē: aut m̄rem: aut
 vxorē: aut filios: aut agros propter nomen meū:
 centuplum accipiet: & uitā æternam possidebit.
 Sed ne estimetur hoc recens esse: & prius tracta
 tum a philosophis q̄ in euangelio prædicatū: an
 teriores euangelio philosophi: id est: Aristoteles /
 & Theophrastus: vel Zenon: atqz Hietonymus:
 sed posteriores prophetis: accipient: q̄ longe an
 teq̄ philosophorum nomē audiretur: per os sēti
 David vtrunqz aperte videatur expressum. Scrip
 tum est enim. Beatus homo quem tu erudieris do
 mine: & de lege tua docueris eum. Habemus &
 alibi. Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius
 cupiet nimis. Docuimus de cognitione: cuius præ
 mium: æternitatis fructum esse cōmemorauit: ad
 iiciens propheta: quæ sint in domo huius timen
 tis dominum: vel erudit in lege: & cupientis ī
 mandatis diuinis. Gloriae inquit & diuitiæ in
 domo eius: & iusticia eius manet in seculum sæ
 culi. De operibus quoqz in eodem psalmo sub
 iunxit vitæ æternæ suppetere præmiū viro iu
 sto. Deniqz ait. Beatus vir qui miseretur & cō
 modat: disponet sermones suos in iudicio: q̄a
 in sæculū non cōmouebitur: In memoria æter
 na erit iustus. Et infra. Dispersit dedit pau
 peribus: iusticia eius manet in æternū. Habet
 ergo vitam æternā fides: quia fundamentū
 est bonum. Habent & bona facta: quia vir
 iustus & dictis & rebus probatur. Nam &

Ioh. 17. a.

Mat. 19. d.

ps. 93. b.

Ps. iii. a.

ibidem. a.

si exercitatus sit in sermonibus: & desidiosus in
operibus: prudentiam suam factis repellit. Et graui-
us est scire quid facias: nec fecisse quod faciendū
cognoueris. Contra quoq; strenuum esse in ope-
ribus: affectu infidū: ita est acī uicioſo fundamē-
to pulcra culminū velis eleuare fastigia: quodq;
plus struxeris plus corruit: quia sine munimēto
fidei: bona opera non possūt manere. Infida sta-
tiō in pottu nauem petforat: & arenosū solum ci-
to cedit: nec potest impositę adificationis sustinē-
re onera. Ibi ergo plenitudo præmii: vbi virtutū
perfektio: & quædam in factis atq; dictis æquali-
tas est sobrietatis. **Capitulum. iii.**

VIqm retum scientia sola explosa est: vel qua-
si inanis secundū philosophiæ disputatiōes
superfluas: vel quasi semiperfecta sententia. con-
sideramus q̄ enodem de eo diuina scriptura ab
soluat sententiam: de quo tam multiplices: & i-
plicatas atq; confusas videmus esse quæstiones
philosophiæ. Nihil enim bonū scriptura nisiq; d
honestum assertit: virtutēq; in omni retū statu-
beatam iudicat: quæ neq; augeatur bonis cor-
poris: vel externis: neq; minuatur aduersis: ni-
hilq; beatum: nisi quod a p̄tō alienū sit: plenū
innocentia: plenū gratia dei. Scriptū est enī.
Beatus vir qui non abiit in consilio impiorū: & in
via peccatorum nō stetit: & in cathedra pestile-
tia: non sedit: sed in lege dñi fuit voluntas eius.
Et alibi. Beati immaculati in via: qui ambulāt
in lege domini. Innocentia igitur & scientia be-
atum faciunt. Bonæ quoq; operationis merce-
dem esse beatitudinem vitæ aeternæ. Superi-
us aduertimus. Restat igitur: vt spredo patroci-
nio voluptatis: aut doloris metu (quorū alter
quasi infrauctū & molliculū: alterū quasi euria-

Ps. 2. a.

Ps. 118. a.

tum & infirmū despuitur in iplis doloribus vitam beatam eminere demonstrē. Quod facile doceri potest: cum legerimus: Beati estis: cū vobis maledicent & persequentur: & dicent omnes malum aduersum vos mentientes propter iusticiam. Gaudete & exultate: qm̄ merces v̄ra & piosa est in cœlo. Sic enim persecuti sunt & prophetas ante vos. Et alibi. Qui vult venire post me: abneget semetipsum: & tollat crucem suam & sequatur me. *Capitulum. iii.*

Mat. 5. a.

Mat. 16. v.

Es ergo beatitudo & in doloribus: quos plena suavitatis virtus comprimit & coerget. Ipla sibi domesticis optibus abundans: vel ad conscientiam vel ad grām: Neq; enim parū beatus Moyses cum ægyptiorū valitatus populis: & mari clausus: per fluctus sibi & populo patrum: pedestrem viam piis meritis inueniſset. Quādo autē fortior: q̄ tunc erat Moyses: cū extremis circumventus periculis: non desperabat salutem: sed exigebat triumphum. Quid aaron: quando se beatorem credidit: q̄ tunc quando medius stetit inter viuos ac mortuos: & obiectu sui statuit mortem: ne ad viuorū transiret agmina a cadaueribus mortuorum? Quid de puerō Daniele loquar: qui tam sapiens erat: vt intet leones fame exasperatos: nulla bestialis fæuiciae formidine frangeretur: Ita alienus a metu vt posset eupulari nec veteretur ne ad pastū exemplo sui feras prouocaret? Es ergo in dolore virtus: quæ sibi bona suavitatē exhibeat conscientia: & ideo indicio est: q̄ non minuat dolor: virtutis voluptatem. Sicut ergo nulla virtuti deceſſio beatitudinis per dolorem: ita etiam nulla accessio per voluptatem corporis/ aut cōmodorū gratia. De quibus pulcre Apostolus ait. Quæ mihi lucra fuerūt.

Phil. 3. b.

Heb. ii. e.

hec duxi propter christū detrimenta esse. Et ad-
dedit. Propter quem omnia duxi dāna: & estimo
ut stercora: ut christū lucrifaciā. Deniqz Moyses
damnum suum credidit thesauros esse ægyptiorū:
& opprobriū dominicæ crucis prætulit: nec tūc
diues cum abundaret pecunia: nec postea pauper
cum egeret alimento: nisi forte tunc alicui mi-
nus beatus videretur fuisse: cū in deserto quoti-
diana alimonia sibi & populo suo deforet. Sed
quod sūmi boni ac beatitudinis nemo negare au-
deat māna ei: hoc est: panis angelorū ministraba-
tur e cœlo: carnes quoqz quotidiana pluuiia totius
plæbis epuli redūdabant. Heliæ quoque sancto pa-
nis ad viētum deerat: si quæreretur: sed non vide-
batur deesse: quia non quærebatur. Itaqz diurno
coruorū obsequio: mane panis: caro ad vesperā
deferebatur. Nunquid iō minus beatus: quia
pauper erat sibi? Minime. Imo eo magis beatus:
quia a deo diues. Alii enī q̄ sibi diuitē esse p̄stat:
vt iste erat: qui tempore famis cibū a vidua petebat:
largiturus ei vt hydria farinæ per trienniū & sex
menses non deficeret: & per quotidianos vsus olei
vas uiduæ inopi sufficeret ac ministret. Merito
ibi volebat Petrus esse: vbi istos uidebat. Merito
in monte cum christo in gloria apparuerunt: q̄a
& ipse pauper factus est: cum diues esset. Nulluz
ergo adminiculum præstant diuitiæ ad uitā beatā.
Quod euidenter dominus in euangelio demōstra-
uit dicens. Beati pauperes: qm̄ vestrū est regnū
dei. Beati qui nunc esuriunt & sitiūt iusticiam:
quia ipsi saturabuntur. Beati qui nunc fletis:
quia ridebitis. Itaqz paupertatē: famē: dolorē:
qua putantur mala: nō solū impedimento non
esse ad uitā beatam: sed etiā adiumento: euide-
tissime pronunciatum est. *Capitulum. v.*

Luce. 6. c.

Sed de illa quævidetur bona: diuitias: faci-
etatem: læticiam: experte doloris: detrimen-
to esse ad fructū beatitudinis: dñico declaratum
iudicio h̄iquet: cū dicitur: Vg. vobis diuitibus: qui
habetis consolationē vestram. Vg. vobis qui satura-
ti estis: quia esuriens. Et illis qui rident: quia luge-
bunt. Sic ergo non solū adminiculo non sunt advi-
tam beatam: corporis aut externa bona: sed etiam
dispendio sunt. Inde enim beatus Nabuthe etiam
cum lapidaretur adiuite: quia pauper & infirm⁹
aduersus opes regias solo erat affectu & religione
diues: vt pecunia regali non cōmutaret. paternæ vi-
neæ hereditatem: eoqz perfeldus: quia sanguine
proprio defenderet iura maiorū suorum. Inde.
quoqz miser Achab suo iudicio: qui pauperez ne-
cari fecerat: vt eius possideret vineam. Certū est:
solū & summū bonum esse virtutem: eāqz abūda-
re solū ad vitæ fructum beatæ: nec extensis aut
corporis bonis: sed virtute sola vitam præstari be-
atam: per quā uita æterna acquiritur. Vita enim
beata fructus presentiū: vita autē æterna spes fu-
tutorum est. Et sunt tamen qui in hoc corpore taz
infirmo: tam fragili: impossibilē vitā beatam pu-
tant: in quo necesse est angi: dolere: deplorare: +
ægrescere. Quasi vero ego in corporis exultatio-
ne dicam vitam beatam consistere: & nō in altitu-
dine sapientiæ: suavitate conscientiæ: virtutis
sublimitate. Non enī in passione esse: sed victorē
esse passionis beatū est: nec frangi temporalisme
tu doloris: metuentē accidere h̄ac quæ graviæ
ad vim doloris feruntur: cæcitatē: exilium: fame
stuprum filiæ: amissionē liberorū. Quis neget
beatum Isaac qui non videbat in senectute: et be-
atitudines suis benedictionibus cōferebat? An
non beatus Iacob qui profugus patria domo:

ibid. c.

3. Re. 21. d.

mercenarius pastor exiliū sustinuit: filiae pudicitiam ingemuit: esse femeratam: fameim pertulit. Nō ergo beati: quorum fide deus accipit testimonium cum dicitur: Deus Abraham: deus Isaac: deus Iacob: Misericordia seruitus est: sed non miser Ioseph: immo plane beatus: cū domine libidines in servitute positus coerceret. Quid de sancto David loquar: qui trium filiorū deplorauit obitum: Ammon & Absalon: atq; infantuli ex ea quæ fuit Virgine nati: & quod his durius incertū filiae Thamar: Quomodo non beatus: de cuius successione beatitudinis auctor exorsus est: qui plurimos fecit beatos: Beati enim qui non viderunt & crediderūt. Fuerūt & ipsi in sensu infirmitatis: sed cōualuerunt deī firmitate fortes. Quid laboriosius aut sancto iob: vel in domus incendio: vel filiorum dece interitu momentatio: uel doloribus corporis? Nūquid minus btūs: q̄ si illa non pertulisset: in quibus magis probatus est? Esto tamen: fuisse in illis a liquid acerbitas. Et si putaueris: quem virtus animi non abscondit dolorem? Neq; enim profundum mare negauerim: quia vadōsa litora s̄t. Neq; cœlum lucidum: quia interdum obtexitur nubibus. Neq; terrā fæcundā: quia aliquibus locis tenua glarea est: aut lætas segetes: quia intermixta solent habere sterile auenam. Similiter putat̄ beatæ messem conscientiæ interpellari aliquo acerbo dolore. Nonne totius manipulis ut̄ beatæ si quid forte accidit aduersi atq; amaritudinis: tanq; sterilis auena absconditur: aut tanq; Ioli amaritudo frumenti suavitate obducitur? Sed iam ad proposita pergamus. **Capitulum. vi.**

Superiore libro ita divisionē fecimus: ut prīo loco esset honestū ac decorum: a quo officia ducerentur: secundo loco quid utile. Et quē

admodum in primo diximus: quia inter honestus
& decorum est quædam distinctio: quæ magis
intelligi q̄ explicari possit: sic & cum utile tracta-
mus considerandum uidetur quid utilius. Utile-
tem autem non pecuniarui lucri estimatione s̄b-
ducimus: sed acquisitione pietatis: sicut Aposto-
lus ait. Pietas aut ad omnia utilis est: promissi-
onem habens uitæ præsentis: & futuræ. Itaqz in
scripturis diuinis: si diligenter quaeramus: s̄pē
inuenimus: quod honestum est: utile vocari. Ora-
mihi licent: sed non utilia sunt. Supradie uitus
loquebatur. Nunc ergo dicit. Licet peccare: sed
non decet. In potestate sunt peccata: sed nō sūt
honestæ. Luxuriati promptum est: sed non iu-
stum. Non enim deo esca: sed ventri colligitur.
Ergo quia quod utile: id etiam iustum: iustum
est ut seruiamus christo: qui nos redemit. Ideo
iusti qui pro eius nomine morti se obtulerunt.
Iniusti qui declinauerunt: de quibus dicitur.

Quæ utilitas in sanguine meo: dū descendō ī cor-
ruptionem: id est: quis iusticiæ meæ profectus:
Vnde & illi. Alligetius iustū: quia inutilis est no-
bis: id est: iniustus qui non arguit: condēnat: cor-
ripit. Licet hoc possit etiam ad auariciam hoīmī
piorum deriuari: quæ perfidiæ uicina est. Sicut
in iuda proditor legimus: qui auaricia studio
& pecuniæ cupiditate: laqueum proditionis in-
currat atqz incidit. De hac igitur tractandū uti-
litate est: quæ sit plena honestatis: sicut ipisis
bis definivit ap̄ls dicens. Hoc autem ad utilita-
tem vrām dico: non vt laqueū iniiciā vobis: sed
ad id quod honestum est. Liquet igitur quod ho-
nestum est: utile & iustum esse: & quod utile: ho-
nestum & iustum: & quod iustum: utile & honestū.
Neqz enī mihi ad mercatores lucri cupidine au-

1. Ti. 4.c.

1. Co. 6.c.

P̄S. 29.c.

1. Co. 7.f.

Ps. ii. 8. e.

I. Ti. 4. b.

ros: sed ad filios sermo est: & sermo de officiis: quæ vobis (quos elegi in ministerium dñi) inculcare gestio atqz infundere: vt ea quæ mentibus ac moribus vestris vsu atqz institutione solita atqz impressa sunt: etiā sermone ac disciplina aperiantur. Itaqz de utilitate dicturus: ut arilo versiculo propheticō. Declina cor meum in testimonia tua: & non in auariciā: ne utilitatis sonus excitet pecunia& cupiditatē. Deniqz alio hñt. Declina cor meū in testimonia tua: & non ad utilitatem: hoc est: illam q̄stuum nūdinas alicupantē utilitatē: illam vsu hominū ad pecunia& studia inflexā ac deriuatam. Vulgoēi hoc solum dicunt utile quod questuosum. Nos autem de ea tractamus utilitate: quæ dānis, quæritur: ut christū lucremur: cuius q̄stus ē pietas cū sufficientia. Magnus profecto q̄stus quo pietatem acquirimus: quæ apud diues ē: non caducis facultatibus: sed muneribus æternis: in quibus tentatio lubrica: sed constans, & perpetua sit gratia. Est ergo utilitas: alia corporalis: alia pietatis: sicut diuisit Apostolus. Corporalis enī exercitatio ad modicum inquit utilis est: pietas aut ad oīa utilis est. Quid autem tam honestū: q̄ integritas? Quid tam decorum: q̄ immaculatum seruare corp⁹: & inuiolatum atqz incotaminatū pudore? Quid etiam tam decorum: q̄ vt vidua vxor defuncto coniugi fidem seruet. Quid etiā hoc utilius: q̄ regnum coeleste acquiritur? Sunt enim qui se castrauerunt propter regnum coelorum.

Est igitur non solū familiare. *Cplm. vii* contubernium honestatis & utilitatis: sed eadem quoqz utilitas quæ honestas. Ideo & ille qui regnum coelorum volebat omnibus aperi-

48

re: non quod sibi vtile quærebat sed quod om̄i
bus. Vnde ordo quidam nobis & gradus facien-
dus est etiam ab his vſitatis & communibus ad
ea quæ sunt præcellentia: vt ex pluribus vtilita-
tis colligamus profectum. Ac primū noueri-
mus nihil tam vtile q̄ diligi: nihil tam inutile
q̄ non amari. Nam odio haberi: exitiale ac ni-
mis capitale arbitror. Itaq̄ id agamus: vt om̄i
sedulitate cōmendemus existimationē opinione-
q̄ nrām: ac primū placiditate mentis & animi
benignitate influamus in affectum hominum.
Popularis enim & grata est omnibus bonitas: ni-
hilq̄ quod tam facile illabatur humanis sensi-
bus. Ea simansuetudine morū ac facilitate aī:
moderatione præcepti: & affabilitate sermois:
verborūq; onere: patienti quoq; sermonū vice-
modestiæ adiuuetur gratia: incredibile q̄ntuſ
procedit ad cumulū dilectionis. Legimus enim
non solum in priuat̄: sed etiam in ipsis regib⁹:
q̄tum facilitas blandæ affabilitatis profecerit: aut
superbia verborūq; obfuerit tumot: ut regna ip-
sa labefactaret & potestate solueret. Ita si quis con-
filio: usu: ministerio: officiis: popularē compre-
hendat grām: aut si quis periculum suū provni-
uersa plæbe offerat: non est dubiū q̄ tantum cha-
ritatis a plæbe in eum refundatur: vt populus
salutem eius & grām sibi præferat. Quantas
Moyses a populo illatas absorbebat contumeli-
as: & cum dominus in insolentes vindicare vel-
let: se tamen pro populo offerebat freqniter: vt i-
dignationi diuinæ plæbem subduceret. Q̄ miti
sermone post iniurias appellabat populum: con-
solabatur in laboribus: delinibat oraculis: foue-
bat operibus. Et cum deo constanter loqueretur:
homines tñ humili & grata appellatione assari

solebat. Merito estimatus est supra homines: ut et
vultu eius non possent intendere: & sepulturæ eius
non repertam redederent: quia sic sibi totius plæbis
mentes deuinxerat: ut plus cum promansuetudine
diligerent: q[uod] pro factis admirarentur. Quid eius i
nitator sanctus David electus ex omnibus ad plæ
bem regedam: q[uod] mitis & blandus: humilis spū: sed u
lus corde: facilis affata: Ante regnum se pro omnibus
offerebat: rex cum omnibus equabat suam militiam:
& patiebatur labore in fortis in prælio: mansuetus
in imperio: patiens in contumio: ferre magis promptus
q[uod] referre iniurias. Ideo tam charus erat omnibus: ut
iuuenis ad regnum etiam inuitus peteretur: resistens
cogeretur: se h[oc] ne prælio interesset a suis rogareretur:
q[uod] malleant omnes pro ipso periclitari: q[uod] illum pro omnibus
Ita sibi gratis officitis plæbe obligauerat. Primum
ut in discordis populi exultare in hebreo mallet: q[uod] in
hierusalem regnare. Deinde ut etiam in hoste posse
tam virtute diligenteriustiam etiam his: qui arma
contra se tulerant: eq[ue] ac suis praefatam putaret. De
nique fortissimum aduersæ partis propugnatorem
Abner ducem & inferentem p[ro]celia miratus est: &
orantem pacis grām: non aspernatus: honorauit co
mincio: interemptum in lidiis: doluit & fleuit: perse
cutus exequias chorestavit: mortem vltus: consciē
tia fidem præstat: quam filio inter hereditaria iu
ra transcriptis magis sollicitus: ne innocentis mor
tem multam relinqueret: q[uod] quo suam mortem dole
ret. Non mediocre istud præfertim in rege: sic obire
humilitatis munia: ut communem se exhiberet etiam
infimis: alieno periculo cibum non querere: potu
recusare: peccatum fateti: seq[ue]r ipsum pro populo of
ferre morti: ut in se diuina indignatio conuictetur:
cum ferenti angelo offerens se diceret. Ecce si
ego qui peccavi: & ego pastor malum feci: & iste gress

quid fecit. Fiat manus tua in me. Nam quid alia dicam. qdolum meditantibus suum non aperiebat: & tanq̄ non audiens: nullum sermonem referendū putabat. Non respondebat conuitiis: cum sibi dero garetur orabat: cum malediceretur bñdicebat. Ambulans in simplicitate: & superborum fugitans arrogantiā: sectator extitit immaculatorum. Qui cīne rem miscebat alimentis suis: cum peccata propria deploraret: & potum suum temperaret fletibus. Merito sic expetitus est ab vniuerso populo: vt venirent ad eum omnes tribus israel: dicentes. Ecce nos ossa tua & caro tua sumus: & heri & nudi iustus cum esset Saul & regnaret super nos: tu eras qui producebas & inducebas israel. Et dixit tibi dominus. Tu pasces populum meum. Et quid plura de eo dicam: de quo huiusmodi dei processit sententia: vt de eo diceret: Inueni Dauid secundum cor meum? Quis enim in sanctitate cordis & iusticia sicut iste ambulauit: vt impleret voluntatem dei? Propter quem & delinquentibus posteris eius venia data: & prærogativa est reseruata hæredibus. Quis igitur non diligenter cum: quē videbat ita charum amicis: ut quia ipse sincere amicos diligebat: eque diligere a suis amicis arbitraretur? Deniq; parentes eius filii suis: filii præferebant parentibus. Vnde grauiter indignatus Saul percutere Jonatham filium suum hasta voluit: quia pluris apud eum valere Dauid amicitiam iudicabat: qd vel pietatem vel auctoritatem paternam. Et enim ad incentiu[m] charitatis communis plurimum proficit. si quis vicem amicis reddat: nec minus redamare se probet: qd ipse amatur: idq; amicitiae fidelis faciat exemplis. Quide tam populare qd gratia? Quid tam insitum natura: qd vt diligentem diligas? Quid tam inolitum atq; impressum affectibus humanis: qd vt eum amare indu

Ps. 101. b

2. Re. 5. a.

1. re. 20. f

Eccles. 29. b.
Eccles. 21. d.

I. Co. 13. c.

cas in animum; a quo te amarivelis? Merito sapiens dicit. Perde pecuniam propter fratrem & amicum. Et alibi. Amicum salutare non erubescam: & a fine illius non me abscondam. Si quidem vite & mortalitatis medicamentum in amico esse. ecclesiasticus sermo testatur. Et summum in charitate presidium nemo dubitauerit. cum apostolus dicat. Omnia suffert: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet: charitas nunquam cadit. Ideo David non cecidit: quia charitas fuit omnibus: & diligenter subiectis quam timeri maluit. Timor enim temporalis tutaminis seruat excubias: nescit diuturnitatis custodiam. Itaque ubi timor decesserit: audacia obrepit: quam fidem non timor cogit: sed affectus exhibet. Prima ergo ad commendationem nostri est charitas. Bonum est ergo testimonium habere de plurimorum dilectione. Hinc nascitur fides: ut committere se suo affectui non vereantur etiam alieni: quem pluribus charum aduentent. Similiter etiam per fidem ad charitatem peruenitur: ut qui vni aut duobus praestiterit fidem: tanquam influat in animos vniuersorum: & omnium acquirat gratiam. Capitulum octauum.

Quo igitur hęc ad commendationem nostri plurimum operantur: charitas & fides: & tertium hoc si habeas quod in te admiratione dignum plerique existiment: & iure honotandum putent. Et quia consiliorum usus maxime conciliat homines: ideo prudentia & iusticia in unoquoque desiderantur et ea expectantur a pluribus: ut in quo ea sint illi deferatur fides: quo possit utile consilium ac fidei desideranti dare. Quis enim ei se committat: quem non putet plus sapere quam ipse sapiat qui querit consilium? Necesse est igitur: ut praestantior sit a quo consilium petitur: quam ille est qui petit. Quid enim consulat hominem: quem non arbitraris posse me

Ius aliquid reperire: q̄ ipse intelligis? Q̄ si eum in
 ueneris qui viuacitate ingeni: mentis vigore at
 q̄ auctoritate præstet: & accedat eo ut exemplo et
 vſu paratiōr sit: præsentia ſoluat pericula: proſpi-
 ciat futura: denunciet imminentia: argumenta-
 expediat: remedium ferat in tempore: paratus sit
 non ſolum ad conſulendum: ſed etiam ad ſubueni-
 endum: huic ita fides habetur: ut dicat qui conſi-
 lium petit. Et ſi mala mihi euenerint: per illuz-
 ſuſtineo. Huiusmodi igitur viro ſalutem noſtrā
 & existimationem cōmittimus: qui ſit (ut ſup-
 diximus) iustus & prudens. Facit enim iuſticia:
 vt nullus ſit fraudis metus: facit etiam prudentia:
 vt nulla erroris ſuſpicio ſit. Promptius tamē nos
 iusto viro q̄ prudenti cōmittimus: vt ſecundum
 vſum vulgo loquar. Cæterum ſapientiū definitiōe
 in quo una virtus eſt: concurrunt cæteræ: nec pōt
 ſine iuſticia eſſe prudentia. Quod etiam in noſtris
 inuenimus. Dicit etiam Dauid: Iustus autem mi-
 ſeretur: & foenerat. Quid foeneret iustus: alibi di-
 cit. Iocundus vir qui miſeretur & foenerat: diſpo-
 net ſermones ſuos in iudicio. Ipfum illud nobile
 ſalomonis iudiciū: nonne ſapientiæ plenum ac iu-
 ſticię eſt? Itaq̄ ſpectemus illud ſi ita eſt. Duꝝ inq̄
 mulieres in conſpectu regis Salomonis ſteverunt: &
 dixit vna ad eum. Audi me domine. Ego & hæc
 mulier in vno habitantes cubiculo: ante diem tertii
 um partu edito ſingulos filios luſcepimus: & era-
 mus vna: arbiter nullus domi: nec vlla alia foemina
 nobis cum: niſi nos ſole: & mortuus eſt filius eius
 hac nocte: vt obdormiuit ſuper eum: & surrexit
 media nocte: & accepit filiū meum de ſinu meo:
 & collocauit eum in ſinu ſuo: & filium ſuum mor-
 tuum poſuit in ſinu meo. Et surrexi mane: ut lac-
 tarem paruulum: & inueni eum mortuum. Et co-

Pſ. 36. d

Pſ. 31. a

3. Re 3. c

siderauit illum diluculo: & non erat filius meus. Et respondit altera. Non: sed filius meus hic qui viuit filius autem tuus qui mortuus est. Et haec erat contentio: cum vtraqz filium sibi vendicaret superstitez defunctum autem suum negaret. Tunc rex iussit afferti macheram: & infantem diuidi: & singulas partes daris singulis dimidiam vni: & dimidiam alteri. Exclamauit mulier quæ vero erat percita. Nequaq̄ domine infantem diuidas: detur potius illi & viuat: & non interficias eum. At respondit altera. Neqz meus neqz hui⁹ sit infans: diuidite eum. Et statuit rex dari infantez ei mulieri: quæ dixerat: nolite interficere eum: sed date eum illi mulieri: quia mota sunt inquit viscera eius in filio suo. Itaqz non immerito æstimatus est intellectus dei in eo esse: in quo occulta sunt dei. Quid autem occultius: q̄ internorum viscerum testimonia: in quæ sapientis intellectus velut quidam pietatis descendit arbiter: & velut q̄ndam genitalis alui vocē eruit: q̄ maternus paruit affectus: qui elegerat filium suum vel apud alienam viuere: q̄ in conspectu matris necari. Sapientiæ igitur fuit: latentes distinguere cōscientias: ex occultis eruere ueritatē: & velut quadam machera ita spiritus gladio penetrare: non solum uterū: sed etiam mentis & animæ viscera. Iusticiæ quoqz ut quæ suum necauerat: alienum non tolleret: sed vera mater reciperet suum. Deniqz etiam scriptura hoc pronunciat. Audituit inquit omnis israel hoc iudicium: quod iudicauit rex: & timuerunt a facie dei: eoq̄ intellectus dei in eo esset: ut faceret iusticiam. Deniqz & ipse Salomon poposcit sapientiam: ut daretur sibi cor prudens audire & iudicare cū iusticia. Ca. ix.

Ilquet igitur etiam secundum scripturam diuinam quæ antiquior est: sapientiam sine iusticia esse non posse: quia ubi una earum virtutū ibi vtraqz est. Daniel quoqz q̄ sapienter alta inter-

rogatione fraudulentē accusatiōnis deprehendit men-
daciū: ut calūniatorū sibi responsio non conue-
niret. Prudentia igitur fuit vocis suā testimonio te-
os prodere. Iustitia quoq; nocentes supplicio dare
innocentem subducere. Et ergo mīdiū sapientia
atq; iusticiā contubernium: sed vulgi vīsu di-
uiditur una quādam forma virtutum: vt temperen-
tia sit in despiciendis voluptatibus: fortitudo spe-
ctetur in laboribus & periculis: prudentia in dele-
ctu bonorum: sciens commoda & aduersa distingue-
re: iusticia quē sit bona custos iuris alieni: & vim
dex proprietatis: suum cuiq; conservans. Sit igitur
nobis communis opinio[n]is gratia: quadripertita hec
facta diuīsio: ut ab illa subtili disputatione philosophiq;
sapientia q; quā imandat veritatis causa quasi ex adi-
to quodam eruitur retrahentes pedem: forensem vīsu
ac popularem sensum sequamur. Hac igitur diui-
sione seruata: reuertamur ad propositum. Pruden-
tissimo cuiq; causam nostram cōmittimus: & ab eo
consilium promptius q; a cāteris poscimus. Præstat
tamen fideli iusti consilium uiri: & sapientissimi ī
genio frequenter præponderat. Ut ilia enim vulnera
amicī q; alienorum oscula. Pro. 27. a.

Capitulū decimum.

3. Re. io. a. **D**Eniq; quia iusti iudicium est: sapientis autē
argumentum. In illo censura disceptationis:
in hoc calliditas inuentionis. Q; si vtrūq; connectas:
erit magna consiliorum salubritas: quā ab vniuersis
spectatur admiratione sapientia & amore iusticie: vt
omnes querant audire sapientiam eius virti: in quo
vtriusq; virtutis copula sit. Sicut quārebant omes
reges terre videre faciē Salomonis: & audire sapien-
tiā eius: ita vt & Saba regina veniret ad eum: & ten-
taret eum in quæstionibus. Et venit inquit: & omnia
locuta est quā habebat in corde suo: & audiuit sapie-
tiam omnēn Salomonis: nec ullum verbum præteri

uit eam. Quæ sit ista: q̄ nihil pretereat: nec sit aliqd
quod ei non annunciauerit Salomon verus: cognosce o homo ex his quæ audis loquentem. Verus est in
quit sermo quem audiui in terra mea de sermonibus
tuis: & de prudentia tua: & non credidi his qui dice
bant mihi: donec veni: & viderunt oculi mei: & nūc
non est nec dimidia quidem pars secundum ea quæ
annunciabantur mihi: Apposuisti bona super omnia
quæ audiui in terra mea. Beatae mulieres tuæ: & bea
ti pueri tui qui assistunt tibi: qui audiunt omnem pru
dentiam tuam. Intellige conuiuum veri Salomonis:
& quæ apponunt in eo cōuiuo intellige sapienter: &
considera in qua terra congregatio nationum audierit
famam sapientiæ veræ atq; iusticiæ: & quibuscum vi
derit oculis: contemplabitibus utiq; quæ non videntar
Quoniam quæ videntur temporalia sunt: quæ autem
non videntur æterna. Quæ sunt beatæ mulieres: nisi
ille de quibus dicitur. Quia multæ verbum dei audiunt
& pariunt. Et alibi. Quicūq; enim verbum dei fece
rit ipse meus frater & soror & mater est. Qui etiam pu
eri tui beati qui assistunt: nisi Paulus qui dicebat. Usq;
in hunc diem sto pte stans minori ac maiori. Et Syme
on qui expectabat in templo vt uidaret consolationes
israel. Quomodo ergo dimitti posceret: nisi quia assistens
domino: discedendi habere facultatem non poterat:
nisi voluntatem domini adeptus est: Exempli causa
propositus nobis Salomon est: a quo certatum vt audi
tetur eius sapientia postulabatur. CpM. xi.

Ioseph quoq; nec in carcere seriatus erat: quo
minus de rebus incertis consulenteretur. Cuius
consilium egypto vniuersæ profuit: vt non sentiret
septem annorum sterilitatem: aliosq; populos misera
famis leuaret ieiunio. Daniel ex captiuis regaliq;
consultorum arbitrii factus: consiliis suis emenda
uit presentia: annunciauit futura. Ex his enim quæ

2. Co. 4. d.

Mat. 12. d.

frequenter interpretatus: ostenderat veris se esse à
 nunciatum: fides ei in omnibus deferebatur. Sed etia
 tertius locus de his qui admiratione digni estimare
 tur: Ioseph: Salomonis & Danielis exemplo decursus
 videtur. Nam quid de Moysi loquiar: cuius omnis
 israel quotidie consilia præstolabatur: quorum vita
 fidem faciebat prudentiæ: admirationeque eius auge-
 bat. Quis se non committet consilio Moyli: cui &
 seniores si qua supra suum intellectum & virtutem
 esse arbitrarentur dijudicanda seruabant? Quis Da-
 nielis consilium refugeret: de quo deus ipse dixit: Q's
 Daniele sapientior. Aut quomodo dubitare homines
 de eorum mentibus possent: quibus deus tantam cō-
 ferebat gratiam / Moysi consilio bella conficiebātur:
 Moysi meritis de cœlo affluebat alimonia: potus e petra
 Q' purus Danielis animus: ut mulceret barbaros mo-
 res: mitigaret leones: Quæ in illo temperantia: quā-
 ta animi & corporis continentia! Nec immerito mi-
 tabilis factus omnibus: quando quod vehementer ad
 mirantur homines: regalibus fultus amicitus: aurū
 non quærebat: nec delatum sibi honorem pluris faci-
 erat q' fidem. Quietiam periclitari malebat pro lege
 domini: q' pro gratia hominis inflecti. Nam de sancti
 Ioseph quem pene præterierat castimonia & iusticia
 quid dicam: quarum altera iustebras heriles respuit:
 refutauit præmia: altera mortem contempsit: metū
 reppulit: carcerem præoptauit. Quis hunc priuatæ
 cause ad consulendum idoneum non iudicaret cuius
 serax animus & mens fertilis: temporis sterilitatem q'
 dam consiliorum & cordis vberē secundauit. Ca.xii.

ADVERTIMUS igitur: q' in acquirendis consiliis
 plurimum adiungat vitæ probitas virtutum
 prærogatiua: benivolentiæ vsus: frugalitatis gratia.
 Quis enim in coeno fontem requirat. Qui e turbida aq'
 potum petat: Itaq' vbi luxuria est: vbi intemperetia

vbi viciorum confusio: quis inde sibi aliquid hau
tiendum existimet. Quis non despiciat morum col
lusionem? Quis utilem cause alienae iudicet: quem
videt malitiam vitæ sua. Quis iterum improbum: ma
litium contumeliosum; non fugiat: & ad hocendum
paratum. Quis non eum omni studio declinet. Quis
vero (q[uod] quis instruunt ad consilii opem: difficilem tamē
accessit) ambiat: in quo sit illud: tanq[ue] si quis aquæ fonte
præcludat. Quid enim prodest habere sapientiam: sic
filium neges. Si consulendi interclusas copiam: clausi
st fontem: ut nec aliis influat: nec tibi prolixt. Pulchritudo au
tem & de illo conuenit: qui habens prudentiam com
culat eam vitiorum sordibus: eo q[uod] aquæ exitum conta
minet. Degeneres animos vita arguit. Quomodo enim
eum potes iudicare consilio superiorum: quem videasti
fieri rem mortibus. Supra me debet esse: cui me commit
tere paro. An vero idoneum eum putabo: qui nihil de co
silium: quod non det sibi: & nihil eum vacare credam: qui
sibi non vacet: cuius animum voluptates occupent: libido
deuinciat: auaricia subiuget: cupiditas perturbet: qua
titat metus. Quomodo hic consilii locus: vbi nullus qui
eti? Admitandus mihi & suspiciendus consiliarius: quæ
propotius dominus patribus dedit: offensus abstulit.
Huius imitator debet esse qui potest consilium date: & ca
lienam a vitiis custodire prudentiam: quia nihil inqui
natum in illam incurrit.

Capitulum xiii.

Quis igitur tanq[ue] vultu speciem præferat pulchritu
dinis: & beluinis posterioribus ac ferinis vngui
bus formæ superioris de honestet gratiam: cum tam ad
mirabilis & præclara forma virtutum sit: & spâliter pul
chritudo sapientiae: sicut series scripture indicat. Est ei
hæc speciosior sole: & super omnem stellarum dispositi
onem: luci comparata inuenitur prior. Lucem etenim
hanc suscipit nox: sapientiam autem non vineit malitia.
Diximus de eius puleritudine: & scripture testimonio

Virgilius.

comprobauimus: superest ut doceamus scripturæ auctoritate nullum ei contubernium cum vitiis esse. sed individuam cum cæteris virtutibus coniunctionem: cuius spiritus est disertus: sine iniquinamento certus: sanctus: amans bonum: acutus: qui nihil vetet benefacere: benignus: stabilis: certus: securus: omnem habens virtutem: omnia prospiciens: Et infra. Sobrietatem enim docet & iusticiam & virtutem.

Capitulum .xiij.

OMNIA igitur operatur prudentia: cum omnibus bonis habet consortium. Nam quomodo potest vtile consilium dare: nisi habeat iusticiam: ut induat constantiam: mortem non reformidet: nullo terrore: nullo reuocetur metu: nulla adulatione a vero deflectendum putet: exilium non refugiat: quæ nouerit sapienti patriam mundum esse: egestatem non timeat: quæ nihil deesse sapienti sciat: cui totus mundus diuitiarū est: Quidenim præcessius illo viro: qui auro mouet: ne sciatur: contemptum habeat pecuniarium: & velut ex arte quadam despiciat hominum cupiditates: Quod qui fecerit: hunc homines supra hominem esse arbitrantur. Quis est inquit: & laudabimus eum: Fecit enim mirabilia invita sua. Quomodo enim non admirandus: qui diuitias spernit: quas plæriq[ue] saluti propterea prætulerunt: Decet igitur omnes censura frugalitatis: continentia auctoritas: & maxime eum qui honore præstet ne præminentem virum thesauri possideant sui: & pecunias seruiat: qui preest liberis. Illud magis decet: vt suprathesaurum sit animo: & infra amicum obsequio. Humilitas enim gratiam auget. Hæc plena laudis & digna primatio viro: non communem cum tyriis negotiatoribus & galathis mercatoribus habere turpis luci cupidinem: nec omne bonum locare in pecunia: & tanq[ue] mercenario muere quotidianos nuerare quæstus calculati compendio.

Capitulum .xv.

Vnde si ab his sobrium gerere animum: laudabi-

Ecc. 31. a.

Le est: q̄to illud præstantius si dilectio nem multitu-
dinis liberalitate acquiras: neq; superflua certam
portunos: neq; restricta circa indigentes. Purima aut
genera liberalitatis sunt: non solum quotidiano sum-
ptu egentibus (quo uitam suam sustinere possint dispo-
nere ac dispensare alimoniam) verum etiam his qui pu-
blice egere verecundantur consulere ac subuenire: q̄
tenus communis egenorum alimonia non exhauiatur.
De eo enim loquor qui preest alicui muneri: vt si offici-
um sacerdotis gerat aut dispensatoris: vt de his sugge-
rat episcopo: nec reprimat si quem positum in necessita-
te aliqua cognoverit: aut detectum opibus ad inopiae
necessitatem redactum: maxime si non effusione adole-
scientiae: sed direptione alicuius & amissione primorum
in eam recederit iniuriam: vt sūptum exercere diurnū
non queat. Summa etiam liberalitas: captiuos redime-
re: eripere ex hostium manib;: subtrahere neci hōtes:
& maxime foeminas turpitudini: reddere parentib;
liberos: parentes liberis: ciues patrie restituere. No-
ta sunt hæc nimis illyrici vastitate & thraciæ: quāti
vbiq; veniales erant toto captiuo orbe: quos si reuo-
ces vnius prouinciæ numerum explere non possint.
Fuerunt tamen qui etiam quos ecclesiæ redemerunt
in seruitute reuocare vellent: ipsa grauiores captiu-
itate: qui inuidarent alienam misericordiam. Ipsi si in
captiuitatem venissent seruirent libeti: si venditi fuis-
sent seruitutis ministerium non recusarent: & volunt
alienam libertatem rescindere: qui suam seruitutez
non possent rescindere: nisi forte precium recipere em-
ptori placeret: in quo tamen nō rescinditur seruitus:
sed redimitur. Precipua est igitur liberalitas: redime-
re captiuos: & maxime ab hoste barbaro qui nihil defe-
rat humanitatis ad misericordiam: nisi q; auaricia reser-
uauerit: ad redemptionem æs alienum subire: si debi-
tor soluendo nonsit: atq; artetur ad solutionem quæ

fit in re debita: & in opia destituta: enutrire paruulos: pupilos tueri. Sunt etiam qui virgines orbatas parentibus tuende pudicitiae gratia connubio locent: nec solum studio: sed etiam sumptu adiuuent. Est etiam genus illud liberalitatis: quod Apostolus docet: vt si quis fidelis habet viduas subministret illis: vt eorum almonii ecclesia non grauetur: vt hisquæ vere viduae sunt sufficiat. Utile igitur huiusmodi liberalitas: sed non communis omnibus. Sunt enim plæriq; etiam viri boni: qui tenues sunt censu: contenti quidem exiguo ad sui usum: sed non idonei ad subsidium leuandæ paupertatis alienæ. Tamen suppetit aliud beneficentia genus: quo iuuare possint inferiorem. Est enim duplex liberalitas. Una qua subsilio rei adiuuat: id est: vsu pecunia. Altera qua operum collatione impendit: multo frequenter splendidior: multoq; clarior. Quanto illustris Abrahaam captam armis victoribus recepit nepotem: q; sire demisset? Quanto utilius regem pharaonem sanctus Joseph consilio prouidentiae iuuit: q; si contulisset pecuniam? Pecunia enim unius ciuitatis non redemit libertatem: prospicientia totius ægypti per quinquennium famem repulit. Facile autem pecunia consumitur: consilia ex hauriri nesciunt. Hæc vsu augentur: pecunia minuitur: & cito deficit atq; ipsam destituit benignantem: vt quo pluribus largiri volueris: eo pauciores adiuues: & sepe tibi desit quod alii conferendum putaueris. Consilii autem operisq; collatio: quo in plures diffunditur: eoredundantior manet: & in suum fontem recurrit. In se enim refluit libertas prudentiae: & quo pluribus fluxerit: eo exercitius fit òe qd remanet.

Ca-

Liquet igitur debere esse liberalitatis. **xvi.**
modum: ne fiat inutilis largitas: cuius sobrietas tenenda est: maxime sacerdotibus: vt non pro

iactantia sed pro iusticia dispensent. Nusq; enim inma-
tor audiitas petitionis. Veniunt validi: veniunt nullā
causam nisi vagandi habentes: & volunt subsidia va-
cuare pauperum: exinanire sumptum: nec exiguo cō-
tentí maiora querunt: ambitu vestium captantes peti-
tionis suffragium: & natalium simulatione licitantes
incrementa quæstuum. His si quis facile deferat fidem:
cito exinanit pauperum alimonias profutura compēdia.
Mod aſſit largiendi: vt nec illi inanis recedant: neq; tra-
ſcribatur uita pauperum in ſpoliæ fraudulentorum. Ea
ergo mensura ſit: vt neq; humanitas deferatur: nec de-
ſtituatur neceſſitas. Plætiq; ſimulant debita ſe tueri: &
tamen exutos: ſit veri examen. Exutos ſe per latroci-
nia deplorant: vt iniuria fidem faciat: aut agnitio per-
ſone: quo propensius iuuetur. Ab ecclesia relegatis ſu-
ptus impertiendus: ſi defit eis alendi copia. Itaq; qui
modum ſeruat: auatus nulli: ſed largus omnibus eſt.
Non enim ſolas aures præbere debemus audiendis pre-
cantium vocibus: ſed etiam oculos conſiderandis neceſſatibus. Plus clamat operatori bono debilitas: q; vox
pauperis. Neq; vero fieri potest: vt non extorqueat a-
plius importunitas vociferantium: ſed non ſemper i-
pudentiae locuſſit. Videndus eſt ille quite non videt:
reuiendus eſt ille qui etubefcit videri. Ille etiā clau-
ſus in carcere occurrat tibi: ille affectus egritudine me-
tem tuam personet qui aures non potest. Quo plus te
operari viderit populus: magis diligit. Scio plætiq; ſacerdotes:
quo plus contulerunt plus abundasse: quo-
niam quicunq; bonum operarium videt. ipſi conſert:
quod ille ſuo officio diſpendet: ſecurus q; ad paupe-
rem ſua perueniat misericordia. Nemo enim vultni-
ſi pauperi proficere ſuam collationem. Nam ſi quez
aut immoderatum: aut nimis tenacem diſpenſato-
rem viderit: vtrungq; despiciet: ſi aut ſuperfluis ero-
ga tionibus diſſipet alieni fructus laboris: aut recōdat

555

sacculis. Sicut igitur modus liberalitatis tenendus est; ita etiam calcat placitum adhibendum videtur. Modus ideo ut quod benefacis id quotidie facere possis. ne subtrahas necessitati quod indulseris effusione. Calcar propterea: quia melius operatur pecunia in pauperis cibo q̄ in diuitiis sacculo. Caut ne intra loculos tuos includas salutem inopum: & tanq̄ in tumulis se pelias vitam pauperum. Potuit donare Ioseph totas opes egypti: & effundere thesauros regis: noluit tamen de alieno effusus videti: maluit frumenta vendere: q̄ do nare esurientibus: quia si paucis donasset pluribus de fuisset. Eam liberalitatem probavit: quæ abundaret omnibus. Patefecit horrea: vt omnes emerent subsidiū frumentarium: ne gratis accipiendo cultus tetricū relinquerent: quoniam qui alieno vtitur suum negligit. Itaq̄ primum omnium coaceruauit pecunias: deinde instrā cetera: ad postremū iura terrarum regi acquisiuit: non vt omnes exueret suo: sed fulciret: publicum tributum constitueret: quo sua tutius habere possent. Quod ita fuit gratum omnibus quibus terras ademerat: vt non venditionem futuris: sed redemptione salutis putarent. Deniq̄ dixerunt. Sanasti nos: inuenimus gratiam in conspectu domini nostri. Nam & de proprietate nihil amiserant: qui ius receperant: & devulitate nihil perdiderant: qui acquisierant perpetuitatem. O virum magnum quinon largitatis superflua temporalem captavit gloriam: sed perpetuam cōmoditatem constituit prouidentiæ. Fecit enim vt tributū populi se iuuarent suis: nec in tempore necessitatis aliena subsidia desiderarent. Melius enim fuit cōserre aliquid de fructibus: q̄ totum de iure amittere. Qui tam portionem collationis statuit: & in prouidendo spicacior: & in tributo liberalior. Deniq̄ nūq̄ postea ægyptus hīmōi famem pertulit. Q̄ p̄eclare autem collegit futura. Primum q̄ argute regalis interpres

Gen. 47. f.

Gen. 41. c.

somnii veritatem expressit. Somnium regis primū
hoc fuit. Septem iuuencæ ascendebant de flumine vi-
su decore: & pingues corpore: & ad oram pascebant
fluminis. Aliæ quoq; vitulæ visu deformes ac ieunæ
corpore. Post illas iuuencias ascendebant de flumine:
& iuxta eas in ipso riparum choro pascebantur: & visu
sunt hæ vitulæ tenues atq; exiles deuorare illas quæ
præstabant & forma & gratia. Et somnium secundum
hoc fuit. Septem spicæ pingues: electæ & bonæ de
terra surgebant: & post eas septem spicæ exiles & ve-
to corruptæ ac marcide se subiucere moliebantur: &
visum est q; lætas & vberes spicas: steriles spicæ & te-
nues deuorauerunt. Hoc somnium ita apparuit sa-
ctus Ioseph: eo q; septem iuuencæ septem anni foret:
& septem spicæ similiter septem anni forent: ex foetu
& fructu interpretatus tempora. Fœtus enim iuuē-
cæ annum exprimit: & fructus segetis annum con-
summat integrū. Quæ ideo ascendebant de flumi-
ne: q; dies anni ac tempora: fluminis p̄tereunt modo
& cursum labuntur. Annos itaq; septem priores: vbe-
res terræ fertiles ac fecundos declarat futuros. Po-
steriores autem alios septem annos steriles atq; infecū-
dos: quorum sterilitas absumptura foret vberatæ supe-
riorum. Qua gratia prospiciendum admonuit: vt vbe-
tioribus annis congregaretur subsidium frumenta-
tum: quod substentare posset inopiam futuræ in-
fecunditatis. Quid primum miret. Ingeniū quoī
ipsum veritatis descendit cubile: an consilium quo
tam grāui atq; diuturnæ prospexit necessitatib;: an
vigilantiam atq; iusticiam: quarum altera imposi-
to sibi tanto munere congregauit tam multiplices
commeatus: altera equalitatem per omnes serua-
uit. Nam de magnanimitate quid loquat: q; ven-
ditus a fratribus in servitutem: non retulit iniuri-
am: sed famē depulit. Quid de suavitate qua dile-

cti fratri p̄äsentiam pia fraude quæsivit: quem simulo per elegantiam furto reum statuit rapinę vt obside teneret gratiæ. Vnde merito eiusa patre dicitur. Filius ampliatus: gelotes filius meus: filius meus adolescentior. Adiuuet te deus meus: & benedicat te benedictione cœli a summo: bene dictione terre habentis omnia propter benedictiones patris tui & matris tuæ. Praeualuit super benedictiones montium manentium & desideria collium æternoru. Et in Deuteronomio: Qui visus est inquit in tubro: veniat super eum Ioseph: & super verticem ipsius. homotificus inter fratres suos primitius: tauri decus eius: cornua unicornis cornua ipsius. In ipsis gentes ventilabit simul usq; ad extremum terræ. Ipsi deceunt militia effrāim: & ipsi milia manasses. Capl'm. xvii.

Deu. 33. c.
Talis itaq; debet esse qui consilium alteridet: ut seipsum formam aliis praebeat ad exemplum bonorum opertum: in doctrina: in integritate: in gratitudo: ut sit eius sermo salubris atq; irreprehensibilis: consilium utile: vita honesta: sententia decora. Talis erat Paulus qui consilium dabat virginibus: magistrum sacerdotibus: ut primum seipsum praebaret nobis formam ad imitandum. Ideo & humilitari sciebat: sicut sciuit & Ioseph: qui summo ortus patriarcharum generi non dignatus degenerem sectuitutem: exhibebat eam obsequiis: illustrabat virtutibus. Sciuit humiliati: qui & venditores & emptorem passus est: & dominum appellabat eum. Audi humiliantem se. Si dominus meus preter me nihil scit in domo sua: & omnia quæcunq; habet dedit in manus meas: neq; subtracludere a me quicq; praeter te: quæ vxor illius es: quomodo faciam verbum malum hoc: & peccabo coram domino. Plena vox humilitatis: plena castimoniaz. Humilitatis: quia deferebat honorificentiam: quia referebat gratiam. Plena quoq; castimoniaz: quia turpi

Gen. 39 b.

flagicio contaminare: graue peccatum putabat. Talis
igitur debet esse consiliarius: qui nihil nebulosum
habebat: nihil fallax: nihil fabulosum: nihil simulatum:
quod vitam eius ac mores reuelat: nihil improbum ac
maliuolum: quod auertat consulentes. Alia sunt enim
quaे fugiuntur: alia quaे contēnuntur. Fugimur ea
quaे possunt nocere: quaे malicie posseunt innoxia; serpere. ut siis qui consultatur dubia sit fide: & pecunia
auidus: ut possit precio mutari: si iniuriosus: hic fugit
ac declinatur. Qui vero voluptarius: intemperans: &
si alienus a fraude: tamen avarus & cupidior lucritur
pis: hic contēnitur. Quod enim specimen industriae: que
fructum laboris edere potest: q̄ recipere animo curaz
ac sollicitudinem: qui se torpori dederit atq; ignorantia.
Ideo boni viri consiliū dicit. Ego autem didici: in quibus
scio sufficiens esse. Sciebat enim omnium malorum ra-
diorem esse avariciam: & ideo suo contentus erat: a
lienum non requirebat. Satis mihi inquit est quod
habeo: sive parum sive plurimum habeam: mihi
plurimum est. Expressius aliquid dicendum videtur.
Signato verbo usus est. Sufficit mihi inquit in quo su-
idest: nec deest: nec superfluit. Non deest: quia ni-
hil querendo amplius. Non superfluit: quia non solum
mihi habeo: sed pluribus. Hoc de pecunia. Cæterum
de omnibus dici potest: quia sufficiebant illi præsen-
tia. Hoc est: non honorem maiorem: non obsequia
vberiora desiderabat: non gloriæ immodicæ cupiditati
aut gratiam indebita quererebat: sed debiti finem cer-
taminis: patiens laboris: securus metiti præstolabatur.
Scio inquit & humiliari. Non ergo indocta hu-
militas: sed quaе habeat sui modestiam & scientiam
laudatur. Et si enim humilitas formidinis: est & im-
peritiae atq; ignorantiae. Ideo & scripture ait. Et
& humiliari: id est: quo in loco: qua moderatione:

57

quo fine: in quo officio: in quo munere. Nesciuit phariseus humiliari: ideo deiectus est: sciuit publicanus: ideo iustificatus est. Sciebat & abundare Paulus qui animum habebat diuitem: & si thesaurum diuitis non habebat. Sciebat abundare: quia non querebat datum in pecunia: sed requirebat fructum in gratia. Possumus & sic intelligere: quia sciebat abundare qui poterat dicere. Os nostrum patet ad vos o corinthii: cor nrm dilatum est. In omnibus erat imbutus: & saturari et esurire. Beatus qui sciebat saturari in christo. Non ergo illa corporalis sed spiritualis est saturitas: quam operatur scientia. Et merito scientia opus est: quia non in pane solo vivit homo: sed in omni verbo dei. Ergo qui sic sciebat saturari & sic esurire: sciebat ut semper nova quereret: esurire & siture dominum. Sciebat esurire: qui sciebat: quia esurientes manducabunt: sciebat & poterat abundare: qui nihil habebat: & possidebat

2.co.6.c.

Deu.8.a.

E omnia. **Capitulum. xviii.** Gregie itaq; viros alicui praesidentes muneri commendat iusticia. E contra iniquitas destituit atq; impugnat. Exemplo nobis est scriptura quae dicit: quia cum populus israel post mortem salomonis rogasset fium eius. Roboam: ut relevaret cervices eorum a se uitute dura: & paterni imperii temperaret austernitatem: illum spredo senili consilio de suggestione adolescentium responsum dedisse huiusmodi: quia & onus adiiceret super patris iugum: & leuiora grauioribus suppliciis mutaret. Quo responso exasperati populice sponderunt. Non est nobis portio cum David: neq; haereditas in filiis Iesse. Reuertere unusquisq; in tabernacula tua israel: quoniam hic homo neq; in principi neq; inducem erit nobis. Itaq; desertus a populo ac destitutus: vix duarū tribuum propter David meritus habere potuit societatem. **Capitulum. xix.** Laret ergo quoniam & equitas imperia confit-

Re.12.b

met & iniusticia dissoluat. Nam quomodo potest ma-
licia regnum possidere: quæ ne vnam quidem priua-
tum potest regere familiam? Summa igitur benignitate
opus est: ut non solum publica gubernacula
sed etiam priuata iusta tueamur. Plurimum iuuat be-
niuolentia: quæ omnes studet beneficiis amplecti: de-
uincere officiis: oppignetare gratia. Affabilitatem
quoq; sermonis diximus ad conciliandam gratiam
valere plurimum. Sed hanc volumus esse sinceram
ac sobriam sine vlla adulazione: ne simplicitatem
ac puritatem alloquii dedebeat sermonis adulatio.
Forma enim esse debemus cæteris: non solum in-
opere: sed etiam in sermone: in castitate: ac fide.
Quales haberi volumus: tales simus: & qualem
affectionem habemus: talem aperiamus. Neq; dicam⁹
in corde nostro verbum iniquum: quod abscondi
putemus silentio ab eo qui audit in occulto dicta:
qui occulta facit: & cognoscit secreta viscerum: qui
sensum visceribus infudit. Ergo tanq; sub oculis
constituti iudicis: quicquid gerimus: in luce posi-
tum putemus: vt omnibus manifestetur. **Ca. xx.**

Plurimum itaq; prodest vnicuiq; bonisū-
gi. Adolescentibus quoq; vtile: vt claros
& sapientes viros sequantur: quoniam qui congre-
ditur sapientibus: sapiens est: qui autem cohæret
imprudentibus agnoscitur. Et ad instructionem
itaq; bonis iungi plurimum proficit: & ad probita-
tis testimonium. Ostendunt enim adolescentes eo
rum se imitatores esse: quibus adhæserint: & ea co-
ualescit opinio: q' ab his viuendi acceperint simi-
litudinem: cum quibus conuersandi hauserit cu-
piditatem. Inde tantus Iesus naue q' eum non so-
lum studiuit ad legis scientiam. Moysi copula ve-
rumentam sanctificauit ad gratiam. Deniq; cum t̄
eius tabernaculum diuina resulgeret præsentia: &

videretur maiestas domini: solus erat in taberna-
culo Iesus naue. Moyses cum deo loquebatur. Ie-
sus pariter nube sacra tegebatur. Presbyteri & po-
pulus deorsum stabant. Iesus cum Moysi ad accipie-
dam legem ascendebat. Omnis populus intra castra
erat. Iesus extra castra in tabernaculo testimonii. Cū
colūna nubis descendebat & loqueretur cum Moy-
se: quasi fidus astabat minister. Nec exiebat de ta-
bernaculo iuuenis: cum seniores longe positi diui-
na trepidarent miracula. Vbiqz igitur inter admi-
randa opera & reuerenda secreta sancto Moysi in
diuiduis adhærebant. Vnde factum est: vt qui fue-
rat socii conuersationis: fieret successor potesta-
tis. Merito vir huiusmodi euasit: vt sisteret flu-
minum cursus: diceret: Stet sol: & staret sol qua-
si eius spectator victoriae: noctem differret: diem
produceret. Quod quidem Moysi negatum est:
solus eligeretur ut populum introduceret inter-
ra reprobationis. Magnus vir fidei miraculis:
magnus triumphis. Illius augustiora opera: hu-
ius prospriora. Vterqz igitur diuina subnixus
gratia: ultra humanam processit conditionem.
Iude mari: hic coelo imperauit. Pulchra itaqz co-
pula seniorum atqz adolescentium. Alii testimo-
nio: alii solacio sunt: alii magisterio: alii delecta-
tioni. Omitto qz Abraæ adhæsit. Loth adolescen-
tulus etiam proficisciensi: ne forte hoc propinq-
tatis magis fuisse existimetur: & necessariæ po-
tius qz voluntariae adiunctionis. Quid de Helia
atqz Helisæo loquamur? Licet non expresse He-
lisæum iuuenem scriptura significauerit: aduer-
timus tamen & colligimus iuueniorem fuisse.
In actibus apostolorum Barnabas Marcum
assumpsit: Paulus Silan: Paulus Timothæum:
Paulus Titum. Sed illis superioribus videamus.

diuisa officia: ut seniores consilio præualerent:
iuueniores ministerio. Plærūq; etiam virtutibus
pares: disparēs ætatis: sui delectantur copula:
sicut delectabantur Petrus & Ioannes. Nam ado-
lescentem legimus in euangelio Ioannem & sua
voce: licet meritis & sapientia nulli fuerit senio-
rum secundus. Erat enim eo senectus venetabi-
lis morum: & cana prudentia. Vita enim imma-
culata: bona senectutis stipendum est. **Ca.xxi.**

A Diuuat quoq; hoc ad profectum bona æsti-
mationis: si de potentis manibus eripias
inopem: de morte dānatum eruas: q̄tum sine per-
fectione fieri potest: ne videamur iactantiae magis
causa facere: q̄ misericordia: & grauiora inferre vul-
nera: dū lenoribus mederi desideramus. Iam si op-
pressum opibus potentis: & factione magis q̄ sce-
lexis sui precio grauatum liberaueris egregie co-
uatescūt opinionis testimonium. Commendat plā-
tosq; etiam hospitalitas. Est enim publica spes hu-
manitatis: vt peregrinus hospitio non egeat: susci-
piatur officiose: pateat aduenti ianua. Valde id
decorum totius est orbis existimatione: peregrinos
cum honore suscipere: non deesse mense hospita-
tis gratiam occurrere officii liberalitatis: explo-
rare aduentus hospitum. Quod Abraæ laudis est
datum: qui ante ianuam suam speculabatur: ne for-
te præteriret peregrinus aliquis: & diligenter præ-
tendebat excubias vt occurseret: vt præueniret: vt
vt rogaret: ne transiret hospes: dicens. Domine
si inueni gratiam ante te ne præterieris priorem
tuum. Et ideo pro hospitalitatis mercede: frucluz
posterioris recepit Loth quoq; nepos eius: nō so-
lum genere: sed etiam virtute proximus: propter
hospitalitatis affectum: sodomitana a se suisq;
supplicia detorsit. Decet igitur hospitale esse.

Sap. 4. b.

Gen. 18. a.

Gen. 19. e.

benignum; iustum non alieni cupidum: immo de suo iure cedentem: potius aliqua si fuerit lacessitus: quod aliena iura pulsantem: fugitatem litium: abhorrem a iugis: tedium concordiam & tranquillitatis gratiam. Siquidem de suo iure vitum bonum aliquid relaxare: non solum liberalitatis: sed plenius commoditatis est. Primum dispendio litis carere non mediocre est lucrum. Deinde accedit ad fructum quo augetur amicitia: ex qua oriuntur plures commoditates: quae contemnenti aliquo in tempore postea fructuose erunt. In officiis autem hospitalibus: omnibus quidem humanitas impetranda est: iustis autem vberior deferenda honorificentia. Quicunque enim iustum receperit in nomine iusti: mercudem iusti accipiet: ut dominus pronunciauit. Tanta est autem apud hospitalitatis gratia: ut ne potus quidem aquæ frigidæ a præmio remunerationis immunis sit. Vides quia Abraam deum recepit hospitio dum hospites querit. Vides quia Loth angelos suscepit. Unde scis an & tu cum suscipis hospitem suscipientis christum? Licet in hospite sit christus: quia christus in pauperate est: sicut ipse ait. In carcere eram: & venistis ad me: nudus eram: & operistis me. Suaue est igitur non pecuniae: sed gratiarum studere. Verum hoc malum iandudum humanis influxit mentibus: ut pecunia honori sit: & animi hominum diuinitarum admiratione capiantur. Inde se immersit avaricia: veluti quedam bonorum ariditas officiorum: ut homines damnum putent: quicquid præter mortem impenditur. Sed etiam in hoc aduersus avaricias (ne quod afferte possit impedimentum) prospexit scriptura venetabilis: dicens. Quia melior est hospitalitas cum oleribus. Et infra. Melior est panis in suauitate cum pace. Non enim prodigos nos docet esse scriptura sed liberales. Largitatis enim duo

Mat. 10. d.

Mat. 25. b.

Pro. 15. b.

sunt genera. Vnum liberalitatis: alterum prodigæ effusionis. Liberale est hospitio suscipere: nudum vestire: redimere captiuos: non habentes sumptū iunare. Prodigum est: sumptuosis effluere conuiuiis & vino plurimo. Vnde legisti. Prodigum est vinum: & contumeliosa ebrietas. Prodigum est populatis fauoris gratia: exinanire proprias opes. Quid faciunt qui ludis circensisibus vel etiam theatralib⁹ & munib⁹ gladiatoriis veletiam venationibus patrimonium dilapidant suum: vt vincant superiorum celebritates: cum totum illud sit inane quod agunt. Quandoquidem etiam bonoū operum sumptibus immoderatum esse non debeat. Pulchra liberalitas erga ipsos quoqz pauperes mensuram tenere: vt abunde plūribus: nō conciliandi fauoris gratia vltra modum fluere. Quicquid ex affectu puro ac sincero promittitur: hoc est decorum: non superflua ædificationes aggredi: nec prætermittere necessarias. Et maxime sacerdoti hoc conuenit: ornare dei templum decore congruo: vt etiam hoc cultu aula domini resplendeat: impensas misericordiæ conuententes frequentare: quantum oporteat largiri peregrinis: non superflua: sed competentia: non redudantia: sed congrua humanitati: ne sumptu pauperum: alienaz sibi querat gratiam: ne restrictorem erga clericos aut indulgentiorem se præbeat. Alterum enim inhumanum: alterum prodigum: si aut sumptus desit necessitati eorum: q̄s a sollicitis negotiationis aucupiis retrahere debet: aut voluptati superfluat. Capi. xxii.



Vinetiam verborum ipsorum & præceptorum esse mensuram conuenit ne aut nimia remissio videatur: aut nimia seueritas. Elæriqz enim remissiores malunt esse: vt

videantur boni esse. Sed nihil simulatum: & sic
 tum veræ virtutis esse certum est: quinetiam di-
 urnum esse non solet. In principio vernat: in p-
 cessu tanq; floscutus dissipatur & soluitur: quod
 autem verum ac sincerum alta radice fundatur.
 Et ut exemplis assertiones nostras probemus (q-
 niam qua simulata sunt diurna esse non pos-
 sunt: sed tanq; ad tempus videntia cito decidunt)
 ex ea familia ex qua nobis plurima ad virtutis p-
 fedum exempla accersiuimus: unum simulatio-
 nis & fraudis proferamus testimonium. Absalō 2.Re.19.a.
 erat dauid regis filius: decoro insignis: egregius
 forma: præstans iuuentute: ita ut vir talis in Is-
 rael non reperiretur: a vestigio pedis usq; ad vet-
 ticem immaculatus. Is fecit sibi currus: & equos
 & viros quinquaginta: qui præcurrente ante eū:
 Surgebat diluculo & stabat ante portam in via:
 & si quem aduertisset regis iudicia quærentem:
 accedebat adeum dicens. Ex qua ciuitate es tu?
 Respondit ille: Ex tribu una sum de tribubus Is-
 rael seruus tuus. Referebat absalon. Verba tua bo-
 na sunt & directa: & qui te audiat non est tibi da-
 tus a rege. Quis constituet me iudicem? Et quisq;
 ad me veniet cuicunq; fuerit iudicium necessariū:
 iustificabo illum. Talibus delinibat singulos ser-
 monibus. Et cum accederent adorare eum: exten-
 dens manus suas apprehendebat atq; osculabat
 eos. Sic conuertit in se corda omnium: dum bla-
 diciæ huiusmodi intimum tangunt viscerum
 sensum. Sed delicati isti & ambitiosi: elegerunt
 honorabilia & grata ad tempus & iocunda. Vbi
 autem parua processit dilatio quam prudens oīz
 propheta paulisper cedendo interponenda puta-
 uit: non potuerunt tolerare ac sustinere. Deniq;
 non dubitans de victoria Dauid: cōmendabat fūi

um dimitaturis: ut si parcerent. Ideoq; nec p̄tatio
interesse maiuit: ne vel referte arma p̄ticipia & licet
videretur: sed tamen filio. Liquit igitur ea esse per
petua ac solida quae vera sunt: & quae sincere poti
us q̄dolo congregantur. E a vero quae simulati
one atq; assentatione parata sunt: non posse diu
perseuerare.



Capitulum. xxiii.

Visigunt velillos qui pecunia ad obedie
tiam redimuntur: vel eos qui assentatione inui
tantur: fidos sibi arbitretur. Nam & illi frequē
ter se vendere volunt: & isti imperia duras ferre
non possunt. Leui assentatiuncula facile capiū
tur: si perstrinxeris verbo: immurmurant: dese
runt: infestabunt: indignantes telinquunt: i
perare malunt q̄d obedire. Quasi obnoxios bene
ficio: subiectos sibi debere esse existimant: quos
pr̄positos sibi habere debeant. Quis igitur sibi
fideles patet: quos vel pecunia vel adulatio nes sibi
obligandos crediderit? Nam & ille qui pecuniam
acceperit: vilem se & despectum indicat: nisi s̄a pe
redimatur. Itaq; frequenter expectat pecunium su
um: & ille qui obsecratione ambitis videtur auct
semper se rogari.



Capitulum. xxiii.

Ego bonis actibus & sincero proposito
intendum ad honorem arbitror: & ma
xime ecclesiasticum: vt neq; resupina arrogātia:
vel remissa negligētia sit: neq; turpis affecta
tio: & indecora ambitio. Ad omnia abundata
nimi directa simplicitas: satisq; se ipsa commen
dat. In ipso vero munere: nec nimiam remissionem: ne
dutam conuenit: nec nimiam remissionem: ne
aut potestatem exerceat: aut suscepit officium
nequaq; implere videamus. E intendum quoq; vt
beneficiis atq; officiis obligemus plurimos: & col
latam reservemus gratiam: ne iure beneficium fiat

immemores: qui se grauitate lassos dolent. Sæpe enim vsu venit: vt quos gratia fouveris vel aliquo superiore cumulaueris gradu: auertas indigne si aliquem eis præponendum iudices. Sed et sacerdotem beneficiis suis vel iudiciis fauere couenit: vt æquitatem custodiat: & presbyterou' minister deferre vt parenti. Neq; eos qui semel probati sunt arrogantes esse oportet: sed magis tanq; memores gratiae humilitatem tene re: neq; offendи sacerdotem: si aut presbyter aut minister: aut quisq; de clero: aut misericordia: aut ieiunio: aut integritate: aut doctrina: aut lectione existimationem accumulet suam. Grā enim ecclesiae laus doctoris est: bonum opus alicuius prædicari: ita tamen sinullo studio fiat instantiae. Laudent enim unūqueq; proximorum labia: & non suumos: & commendet opera: non studia sua. Cæterum si quis non obediatur episcopo: extollere atq; exaltare se se desiderans: obumbrare merita episcopi simula ta affectione doctrinæ aut humilitatis: aut misericordia: is a vero deuius superbit. Quoniam veritatis ea est regula: vt nihil facias commen dandi tui causa: quo minor alius fiat: neq; si qd boni habeas: id ad deformationem alterius & uituperationem exerceas. Non defendas improbum & sancta indigno committe ha arbitreris: neq; iterum vrgeas & impugnes cuius crime non deprehenderis. Nam cum in omnibus iniusticia cito offenda dat: tum maxime in ecclesia: vbi æquitatem esse oportet: vbi æqualitatem habere decet: vt nihil sibi potentior plus vindictet: nihil usurpet ditor. Sive enim pauper sive diues in christo unum sunt. Nihil sanctior plus sibi arroget. Ipsiū enim parem esse: e

humiliorem esse. Sed ne personam alterius accipi-
amus in iudicio: gratia absit: causam merita de-
cernant. Nihil sic opinionem: imo fidem grauat:
q̄ si in iudicando potentiores dones causam inferi-
oris: vel pauperem innocentem arguas: diuitem
excuses reum culpæ. Pronum quippe est genus
hominum fauere honoratioribus: ne læsos se pu-
tent: ne victi doleant. Sed primum si offendam ve-
reis: non recipias iudicium: si sacerdos es: aut
si quisq; alius: non lacescas. Licet tibi silere in ne-
gocio: dūtaxat pecuniario: q̄q; sit constantia ad
esse æquitati. In causa autem dei: vbi cōmuni-
nis periculum est: etiam dissimilare: peccatum



est non leue. **Capitulum. xxv.**

Vidautem prodest tibi: fauere diuiti: An-
quia citius amantem remuneret. His enim faue-
mus frequentius: a quibus referenda vicem spera-
mus gratiæ. Sed eo magis infirmo & inopi nos stu-
dere conuenit: quia pro eo qui non habet: remune-
rationem speramus a domino Iesu: qui sub specie
conuiuii generalem virtutis edidit formam: ut
his potius nrā conferamus beneficia: qui nobis ea
non possunt repræsentare dicens: ad conuiuum
atq; epulas non eos qui diuites sunt: sed qui pau-
peres invitandos. Diuites enim rogari videntur:
vt ipsi quoq; nobis reddant conuiuum. Pau-
peres (quia non habent quod restituant) cum acce-
perint: remuneratorem nobis faciunt dominū:
qui se pro paupere obligandum obtulit. Ad ipm
quoq; sæculi usum collatio beneficii facta in pau-
peres magis q̄ in locupletes: plus iuuat: quia de-
dignatur beneficium: & pudet eum debitorem
esse gratiæ. Quinetiam id quod collatum est sibi
meritis suis arrogat: quod velut debitum acce-
perit: vel ideo datum sit: eo q̄ is qui dedit reddē:

dum sibi a diuite vberius estimauerit. Ita in acci-
piendo beneficio eo ipso q̄ acceperint diuites: dedis-
se se magis q̄ accepisse existimant. Pauper vero et
si non habet unde reddat pecuniam: refert gratiā.
In quo certum est: q̄ plus reddat q̄ acceperit. Pecu-
nia enim numo soluitur: gratia autem nūq̄ exi-
nanitur. Reddendo vacuatur pecunia: gratia at
& habendo soluitur: & soluendo retinetur. Deī
de q̄ diues refugit: pauper fatetur: q̄ sit obligat⁹
debito: sibiq; subuentum: non honori suo delatū
putat: donatos sibi arbitratur filios: vitam reddi-
tam: seruatam familiam. Quanto igitur melius
apud bonos q̄ apud ingratos locare beneficium!
Vnde dominus ad discipulos ait. Nolite posside-
re aurum: neq; argentum: neq; pecuniam: qua-
velut falce: pullulantem inspectoribus humanis
succidit auariciam. Petrus quoq; claudio (qui ex
vtero matris suæ portabatur) ait: Argentum &
aurum non habeo: sed quod habeo do tibi. In no-
mine Iesu Christi nāgaren⁹: surge & ambula. Itaq;
pecuniam non dedit: sanitatem dedit. Quanto me-
lius est salutem habere sine pecunia: q̄ pecunias
sine salute. Surrexit claudus quod non sperabat:
pecuniam non accepit quam sperabat. Sed hæc vix
in sanctis domini reperiuntur: vt diuitiæ contem-
ptui sint.



Capitulum xxvi.

Aeterum ita incubuerunt mores hominum
admiracione diuinarum: vt nemo nisi diues honore
dignus putetur. Neq; hic recens vsus: sed iandudu⁹: Tosue.6.c. & 7.c.
quod peius est: inoleuit hoc vitium humanis menti-
bus. Siquidem cum hieticho magna ciuitas tubarū
sacerdotialium sono corruiſſet: & Iesus naue potire-
tur victoria: cognouit infirmitatem esse virtutē
populi per auariciam atq; auri cupiditatem. Nam
cum de spoliis urbis incensæ: sustulisset Acham ve-

item auream & ducenta argenti didrachmata: &
lineam auream: oblatus domino negare non po-
tuit: sed prodidit furtum. Vetus igitur & anti-
qua avaricia est: quæ cum ipsis diuinæ legis coe-
pit oraculis: immo propter ipsam reprimendam
lex dei data est. Propter avariciam Balac putauit
Balaam præmiis posse tentari: ut malediceret po-
pulum patrum: & vicissèt avariciam: nisi dominus a
maledicto eum abstinere vetusset. Et propter avaria-
ciam præcipitatus Acham: in exitium deduxerat
totam plebem parentum. Itaq; Iesus nauem: qui po-
tuit solem statuere ne procederet: avariciam homi-
num non potuit sistere ne serperet. Ad vocem ei⁹
sol stetit: avaricia non stetit. Sole itaq; stante co-
fecit Iesus triumphum: avaricia autem procede-
te pene amisit victoriam. Quid fortissimum oī
um Samson! Nonne dalilæ mulieris suæ dile-
ctæ avaricia decepit? Itaq; ille qui rugiente leo-
nem manibus discepserat suis: qui vincitus & alie-
nigenis traditus: sine viro adiutore solus dissolu-
tis vinculis: mille ex his peremit viros: qui funes
intextis netuis velut molia sparti filadirexerat: islu-
per genua mulieris inflexa certuicet truncatus in-
uicti eritis ornatus: prærogatiuam suæ virtutis
amisit. Influxit pecunia in gremium mulieris: &
a viro discessit gratia. Fetalis igitur avaricia: ille
cebrosa pecunia: quæ habentes contaminat: non
habentes non iuuat. Esto tamen ut aliquando iuu-
uet pecunia: inferiorem tamen & ipsum desideran-
tem. Quid adeum qui non desiderat: qui non requi-
rit: qui auxilio eius non indiget: studio non flecti-
tur. Quid ut aliis sit ille copiosior qui habet. Nu-
quid idcirco honestior quahabet quo honestas ple-
tūq; amittitur: quia habet quod custodiat: mag-
q; quod possideat? Illud enim possidemus quo uti-

mur. Quod autem ultra usum est: non utique habet possessionis fructum: sed custodiae periculum.

Ad summam nouimus quod pecuniae Ca.xxvii conceptus iusticiae forma sit: & ideo auariam declinare debemus: & omni studio intendere: ne quid faciamus unquam aduersus iusticiam: sed in omnibus gestis & operibus custodiamus eam. Si volumus commendare nos deo: charitatem habemus: vnamimes simus: humilitatem sequamur: alterutrum existimantes superiorem sibi. Hæc est enim humilitas: si nihil sibi quis arroget: sed inferiorem se esse existimet. Episcopus ut membris suis utatur clericis: & maxime ministris qui sunt vere filii: quemque cuique viderit aptum muneri ei deputet. Cum dolore amputatur quæ etiam prout pars corporis: & diu tractatur si potest sanari medicamentis: & si non potest: tunc a medico bono absconditur. Sic episcopi affectus boni est: ut optet sanare infirmos: serpentia auferre vice: adurere aliqua: non abscondere: postremo quod sanari non potest cum dolore abscondere. Unde pulcherrimum illud preceptum magis eminet: ut cogitemus non quæ nostra sunt: sed quæ aliorum. Hoc enim modo nihil erit: quod vel ira: vel nostro indulgeamus affectui: vel fauentes nostræ plus iusto tribuamus aliquid voluntati. Cplm

Hoc maximum incentiu[m] misericordie xxviii: necessitates aliorum quantum possumus iuvemus: & plus interdum quam possumus. Melius est enim pro misericordia causas prestare: vel inuidiam perpeti: quam pretendere inclemenciam. Ut nos aliquando in inuidiam incidamus: quia consergerimus vas a mystica: ut captiuos redimeremus: quam arianis displicere potuerat: nec tam factum di-

spliceret q̄ vt esset quod in nobis reprehenderent.
Quis autem est tam durus: immensis: ferreus: cui
displaceat q̄ homo redimitur a morte: foemina ab
impuritatibus barbarorum: quæ grauiores mor-
tes sunt: adolescentulæ: vel pueruli: vel infantes
ab idolorum contagio: quibus mortis metu in-
quinabantur. Quam causam nos & si nō sine rō-
ne aliqua gesimus: tamen in populo ita prosecu-
tis sumus: vt confiteremur: multoqz fuisse com-
modius astrueremus: vt animas domino q̄ au-
rum seruaremus. Qui enim sine auro misit apo-
stolos: & ecclesiæ sine auro congregauit. Aurū
ecclesia habet: non vt seruet: sed vt eroget: vt s̄b-
ueiat in necessitatibus. Quidopus est custodire qd'
nihil iuuat. An ignoramus q̄ tum auri atqz ar-
genti de templo domini assyrii sustulerint. Nō
ne melius conflant sacerdotes propter alimo-
niam pauperum: si alia sublida defint: q̄ sacri-
legus contaminata asportet hostis. Nonne dic-
tur us est dominus: Cur passus es tot inopes fa-
me emori: Et certe habebas aurum: vt ministras-
ses alimoniam. Cur tot captiuū deducti in cōmer-
cio sunt: nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt?
Melius fuerat vt vasa viuentū seruares: q̄ me-
tallorū. His non possēt responsum referri. Quid
enim dices? Tumui ne templo dei ornatus dees-
set. Responderet. Autum sacra non querunt: neqz
auro placent: quæ auronon emuntur. Ornatus
sacerorum: redemptio captiuorum est. Et vere
illa sunt vasa preciosa: quæ redimunt animas a
morte. Ille vetus est thesaurus domini: qui ope-
ratur quod sanguis eius operatus est. Tunc vas do-
minici sanguinis agnoscitur: cum in utroqz vi-
derit redemptionem: vt calix ab hoste redimat:
quos sanguis a peccato redemit. Q̄ pulcrum vt

cum agmina captiuorum ab ecclesia redimuntur: dicatur. Hos christus redemit. Ecce aurum quod probari potest. Ecce aurum vtile. Ecce aurum christi: quod a morte liberat. Ecce aurum quo redimitur pudicitia: seruatur castitas. Hos ergo maii vobis liberos tradere: quod aurum reseruare. Hic numerus captiuorum: hic ordo prestantior est: quam spes potulorum. Huic muneri proficere debuit: aurum redemptoris: ut redimeret periclitantes. Agnosco infusum auro sanguinem christi: non solum irutilasse: veruetiam diuinæ operatiois impressisse virtutem redemptionis munere. Tale aurum sanctus martyr Laurentius domino reseruavit. A quo cum quererentur thesauri ecclesiæ: promisit se demonstraturum. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus ubi essent thesauri quos promiserat: ostendit pauperes dicens. His sunt thesauri ecclesiæ. Et vere thesauri: in quibus christus est: in quibus christi fides est. Denique apostolus ait. Habemus thesaurum istum in vasibus sanctis. Quos meliores thesauros habet christus: quod eos in quibus se esse dixit. Sic enim scriptum est. Esuriui: & dedisti mihi manducare. sitiui: & dedisti mihi bibere: hospes eram: & collegistis me. Et infra. Quod enim vni horum fecisti: mihi fecisti. Quos meliores Iesus habet thesauros: quod eos in quibus amat videri. Hos thesauros demonstrauit Laurentius: & vicit: quod eos nec persecutor potuit auferre. Itaque Ioachim qui autem in oblicatione seruabat: nec dispensabat alimonia comparanda: & aurum vidi diripi: & se in captiuitatem deduci. Laurentius qui aurum ecclesiæ maluit erogare pauperibus: quam persecutori reseruare: pro singulari suæ interpretationis viuacitate sacrâ martyrii accepit coro.

2. Co. 4. b.

Mat. 25. 1.

nam. Nunquid dictum est sancto Laurentio. Nō debuisti erogare thesauros ecclesiæ: vasa sacrorum vendere? In quos usus vasa ecclesiæ sit dispartienda: vel qualiter: quibus ex causis tantum opus est: ut quis fide sincera & prospicaci prouidentia munus hoc impleat. Sane sibi sua aliquis deriuat emolumenta: crimen est. Si vero pauperibus erogat: captiuum redimit: misericordia est. Nemo potest dicere: cur pauper vivit. Nemo potest queri: quia captiuus redemptus sunt. Nemo potest accusare: quia templum dei ædificatum est. Nemo potest dignari: quia humandis fidelium reliquiis spacia laxata sunt. Nemo potest dolere: quia in sepulturis christianorum: requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa ecclesiæ etiam initia confringere: conflare: vendere licet. Opus est ut de ecclia mystici poculi forma non exeat: ne ad usus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo intra ecclesiam primum quæsita sunt vasa: quæ initia non essent: deinde comminuta: postremo cœflata per minutæ erogationes dispensata e gentibus: capiuntur quoq; pterii profecerunt. Quod si desunt noua: & quæ nequam initia videantur: in huiusmodi usus quos supra diximus: arbitror omnia pie posse conueriti.

Capitulum xxix.

Istud sane & diligenter tuendum est: ut deposta viduatum intemerata maneant: sine villa seruentur offensione: non solum viduarum: sed etiam omnium. Fides enim exhibenda est omnibus: sed maior est viduatum causa & pupillorum. Deniq; hoc solo viduatum nomine (sicut in libris Machabeorum legimus) commendatum templo omne seruatum est. Nam cum iudicium factum esset pecuniarum: quas in templo hierosolymis maximas repeti posse. Simon nefarius Antiocho regi prodidit: missus in hierusalē

Heliodorus ad templum venit: & summo sacerdo-
ti aperuit indicii inuidiam: & aduentus sui causa.
Tunc sacerdos deposita esse dixit viduarum vic-
tualia & pupillorum: quædam autem hircani To-
biae virti sancti: eaqz demonstrauit. Argenti quadri-
genta erant: auri vero ducenta. Quæ cum Helio-
dorus ereptum ite vellet: & regis vendicare com-
modis: sacerdotes ante altare iactauerunt se: indu-
ti sacerdotales stolas: & deum viuum qui deposi-
tus legem dederat: flentes inuocabant custodem
se p̄ceptorum præstare suorum. Vultus vero &
color summi sacerdotis immutatus declarabat do-
lorem animi: & mentis intentæ sollicitudinē. Fle-
bant omnes: q̄ in contemptum locus venturus fo-
ret sinec in dei templo tutæ fidei seruaretur custo-
dia: accinctæqz mulieres peclus: & clausæ virgines
pulsabant ianuas: ad muros alii currebant: per fe-
nestras alii prospectabant: omnes ad celum tende-
bant manus: orantes: vt suis dominus ad esset le-
gibus. Heliodorus autem nec his territus: quod
intenderat v̄gebat: & satellitibus suis x̄ariuz
sepserat. Tum subito apparuit illi terribilis eques:
armis prefulgens aureis: equus autem eius erat i-
signi ornatus opertorio. Alii quoqz duo iuuenes
apparuerūt in virtute inclita: decore grato: cum
splendore gloriae: speciosi amictu: qui circumstete-
rant eum: & utraqz ex parte flagellabant sacrile-
gium: sine villa intermissione continuata verbere.
Quid multa! Circunfusus caligine in terram condi-
dit: & euidenti diuina operationis judicio exani-
matus rasebat: nec villa spes in eo relidebat salutis.
Oborta est latitia metuentibus: metus superbis: de-
iecluz ex amicis Heliodori quidam rogabant. Onia
vt vitam posceret ei: quoniam supremum gerebat spi-
ritum. Rogante itaqz sacerdote summo: iidem iu-

uenes iterū. Heliodoto apparuerunt: iisdem amicti
vestibus: & dixerunt ad eum Onig summo sacer-
doti gratias age: propter quem tibi vita est red-
dita. Tu autem expertus flagella dei: vade & nū-
cia tuis omnibus: q̄ntam cognoueris templi religi-
onem: & dei potestatem. His dictis non comparuerit.
Heliodorus ita recepto spiritu: hostiam domino ob-
tulit. Onig sacerdoti gratias egit: & cum exerceitu
ad regem reuertitur: dicens: Si quem habes hoste-
aut insidiatorem rerum tuarum: illuc eum diri-
ge: & flagellatum recipies eum. Seruanda est igi-
tur filii depositis fides: adhibenda diligentia. Egre-
gie hinc vestrum enitescit ministerium: si suscepta
impressio potentis quam vel vidua vel orphani tol-
lerare non queant: ecclesiæ subsidio cohabeatur.
Si ostendatis plus apud vos mandatum domini:
q̄ diutis valere gratiam. Meministis ipsi quotiens
aduersus regales impetus pro viduarum: imo oī
depositis certamen subiectimus. Cōmune hoc vo-
biscum: mihi recens exemplum ecclesiæ Ticinen-
sis proferam: quæ viduæ depositum quod susce-
perat amittere pericitabatur. Interpellante enīz
eo qui sibi illud imperiali rescripto vendicare cu-
piebat: clerici contendebant auctoritatem. Hono-
rati quoqz & intercessores dati: non posse præcep-
tis imperialibus obuiare serebant. Legebatur re-
scripti forma directior magister officiorum sta-
tuta agens in rebus imminebat. Quid plura. Tra-
ditum erat. Tamen cōicato necum consilio: obse-
dit sanctus episcopus ea conclavia: ad quæ trans-
latum illud depositum viduæ cognouerat. Quod
vbi non potuit auferri: receptum sub chirogra-
pho est. Postea iterum flagitabatur ex chirogra-
pho. Præceptum imperator itetauerat: ut ipse
per semetipsum nos conueniret. Negatum est:

& exposita diuinæ legis auctoritate: & serie lectiois:
 & Heliodori peticulo: vix tādem rōnem imperato accepit.
 Post etiam tentata fuerat obreptio: sed præuenit
 sanctus ep̄s vt redderet vidua: quod acceperat. Fides
 interim salua est: oppressio non est formidini: quia
 iam res non fides péricitatur.

Cplm. xxx.

Fili fugite improbos: cauete inuidos. Int' improbum & inuidum hoc interest. Imp̄ bus suo delectatur bono: inuidus torquetur alie-
 no. Ille diligit mala: hic bona odit: vt prope tole-
 rabilior sit: qui sibi vult bene: q̄ qui male omib⁹.
 Fili ante factum cogitate: & cum diutius cogita-
 ueritis: tunc facite quod probatis. Laudabilis:
 mors cum occasio datur: rapiēda est illico: Dila-
 ta gloria fugit: nec facile comprehenditur. Fide
 diligite: quoniam per fidē & devotionem Iosī
 as magnum sibi ab vniuersis amore acquisi-
 uit: quoniam celebrauit pascha dñi: cum esset ā-
 norum dece & octo: quēadmodum nemo ante
 eum. Zelo itaq; vt vicit superiores: ita & vos
 filii celū dei sumite. Exquirat vos dei celus &
 deuoret: vt unusquisq; vrm dicat. Exquisiuit
 me zelus domustuæ. Ap̄ius christi zelotes di-
 catus est. Quid de Ap̄lo dico? Ip̄e dñs ait. Zelus
 domus tuæ comedit me. Sitergo inter vos celus
 dei: nō iste humanus quē inuidia generat: Si
 inter vos pax: quæ super omnem iensum est. A-
 mate vos inuicem. Nihil charitate dulcius: ni-
 hil pace gratius. Et vos ipsi scitis: q̄ præceteris
 vos semper dilexi & diligo. Quasi vnius patris
 filii: coaluistis in affectum germanitatis. Quæ bo-
 na sunt tenete: & deus pacis & dilectionis erit
 vobis cum in domino iesu. Cui est honor: gloria:
 magnificentia: potestas cum spiritu sancto: in
 saecula saeculorum. Amen.

P̄. 68. b.

Phil. 4. b.

SANCTI AMBROSI MEDIOLA
NENSIS EPISCOPI OFFICIO
RVM LIBER TERTIVS
INCIPIT



Atq[ue] propheta docuit nos: tanq[ue] in am
pli domo deambulate in corde nro:
& conuersari cum eo tanq[ue] cum bo
nō coniubernali: vt ipse sibi diceret:
& loqueretur secum: vt est illud. Dixi: custodiam
vias meas. Salomon quoq[ue] filius eius ait: Bibeaq[ue]
de tuis vasis: & de puteorum tuorum fontibus: hoc
est: tuo consilio vtere. Aqua enim alta: consilium
in corde virtutis. Nemo inquit alienus particeps sit
tibi: fons aquae tuae sit tibi proprius: & iocundare
cum uxore tua: quæ est tibi a iuuentute. Ceruus
amicitiae: & pullus gratiarum confabulentur te
cum. Non ergo primus Scipio sciuit solus non
esse: cum solus esset: nec minus negotiosus cum
ociosus esset. Sciuit ante ipsum Moyses: qui cu
taceret clamabat: cum ocius staret præliabat: nec
solum præliabat: sed etiam de hostibus q[ui]s
non contigerat triumphabat. Adeo ocius ut
manus eius alii sustinerent nec minus q[ui]cateri
negociosus qui ociolis manibus expugnabat ho
stem: quem non poterant vincere qui dimica
bant. Ergo Moyses & in silentio loquebatur: &
in otio operabatur. Cuius autem maiora negotia:
q[ui] huius otia: qui quadraginta diebus positus
monte: totam legem complexus est: & in illa so
litudine qui cum deo loqueretur non defuit. Vñ
& David ait. Audiam quid loquatur in me deus.
Et quanto plus est: si cum aliquo deus loquatur
q[ui] ipse secum. Transibant apostoli: & umbra eo
rum curabat infirmos. Tangebantur vestime
ta eorum: & sanitas deferebatur. Sermonez lo

PS. 48.2.

3.Re.17.2.

cutus est Heliæus: & pluvia stetit; nec cecidit super
 terram tribus annis & sex mensibus. Iterum locu-
 tus est: & hydria faring non defecit: & vas olei toto
 famis diuturne tempore non est exinanitum. Et q-
 uiam pluviasq; delectant bellica. Quid est præstatius
 exercitus magnus lacertis: an solis meritis confeoil
 se prælitum? Sedebat Heliæus in uno loco: & rex sy-
 ria magnam bellum molem inferebat populo patrum
 diuersisq; consilio acerbabat fraudibus: & circuite
 mire insidiis moliebatur: sed omnes eius appetatus
 propheta depheudebat: & vigore mentis per gratiaz
 dei ubiq; præsens: cogitationes hostium suis annu-
 ciabat: & monebat quibus cauerent locis Quod vbi
 regis syria manifestatum est: missio exercitu clausit p[ro]p[ter]o
 phetam. Oravit Heliæus: & omnes illos cætitate per-
 cuti fecit: & captiuos intrare samariam: qui vencant
 oblidere eum. Conferamus hoc oculum eum maliorum
 ocio. Alii enim requiescendi causa: abducere animu[m]
 a negotiis solent: & a conuentu coetuq; hominum sibi
 trahere se se: & a turbis petere secretum: capiare agro-
 cum solitudines: aut intra urbem vacare animo: in-
 dulgere quieti & tranquillitati. Heliæus autem
 aut in solitudine iordanè transitu suo dimisit: ut p[ro]p[ter]o
 defluat posterior: superior autem in fontem recurre-
 rat: aut in carmelo resoluta difficultate generandi:
 inopinata steritem conceptione fecundat: aut relu-
 seit at mortuos: aut ciborum temperata maritudi-
 nes: & facit farinæ admixtione dulcescere: aut dece-
 panibus distributis reliquias colligit plæbe saturata:
 aut ferram securis excussum: et in fluuij iorda-
 nis mersum profundo: missio in aquas ligno facit
 supernatare: aut emundatione leprosum: aut sieci-
 tam imbreibus: aut famem mutat fecunditate:
 Quando ergo iustus solus est: qui cum deo semper
 est: Quando solitarius est: qui nūq; separatura cheri-

4. Re 6. d.

R. o. s. g. **h. 5. 2. 1.** **sto.** **Quis** non inquit separabit a dilectione christi?
Corrisio quia neq; mors: neq; vita: neq; angelus. Quia
autem semper feriatur a negotio: qui nunq; feriatur a merito:
quod consummatur negotium. Quibus autem
locis circulabitur: cum totus mundus diluxiarum
possessio est. Quia estimatione definitur: qui nunq;
opinione comprehenditur. Etenim quasi ignorat
& cognoscitur: quasi moritur & necesse vivit: quasi
victus & semper latior: ut et genus & largus: ut qui
nihil habeat & possideat omnia. Nihil enim spectat
vir iustus: nisi quod constans & honestum est. Et ideo
etiam si alii videatur pauper: sibi diues est: qui no
corum quae eaduca: sedeorum quae æterna sunt:
estimatione censemur. **Capitalium. ii.**

Et quoniam de duobus superioribus locis
diximus: in quibus honestum illud & utile
translauimus: sequitur utrum honestatem &
utilitatem inter se comparare debeamus: & quæ
vere quid sit sequendum: sicut enim supra tracta
vimus: utrum honestum illud an turpe esset: & se
cundo loco: utrum utile an inutile: similiter hoc
loco: utrum honestum sit an utile: non nulli requi
rendum putant. Nos autem monemus: ne haec
se velut compugnantia inducere videamur: q
iam supra unum esse ostendimus: nec honestum
esse posse nisi quod utile: nec utile nisi quod hone
stum: quia non sequimur sapientiam carnis:
apud quam utilitas pecuniarum istius commoditatis
plures habetur: sed sapientia quæ est ex deo: apud
quam ea quæ in hoc saeculo magna estimantur p
detimento habentur. Hoc enim auctor thoma quod
perfectum & absolutum officium est: a vero virtu
tis fonte proficiuntur. Cui secundum est commune
officium: quod ipso sermone significatur: non esse
ardua virtutis: ac singularis: quod potest pluri

mis esse cōmune. Nam pecuniæ compendia captare
 familiare multis: elegantiori conuiuio & sua uoti
 bus delectari epulis v̄sitatum est. Ieiunare autem
 & continentem esse paucorum est: & alieni cupi-
 dum non esse rarum est. Contra autem detrahe-
 re velle alteri & non esse contentum suo. Namin
 hoc cum pl̄erisq; consortium est. Alia igitur p̄rī:
 Alia media officia. Prima cum paucis: media cum
 pluribus. Deniqz in hisdem verbis frequenter dis-
 cretio est. Aliter enim bonum deum dicimus: ali-
 ter hominem: aliter iustum deum appellamus: a-
 litar hominem: Similiter & sapientem deum ali-
 ter dicimus: aliter hominem. Quod & in euange-
 lio docemur. Estote ergo vos perfecti sicut & pa-
 tet vester qui in coelis ē perfectus est. Iplum Pau-
 lum lego perfectum & non perfectum. Nam cum
 dixisset. Non quod iam acceperim: aut iam perfe-
 ctus sim: sequar autem sic vt comprehendam: statū
 subiecit. Quicūq; ergo perfecti sumus. Duplex est
 enim forma perfectionis. Alia medios: alia plenos
 numeros habens. Alia hic: alia ibi. Alia secundū
 hominis possibilitatem: alia secundum perfectionē
 futuram. Deus autem iustus per omnia: sapiens
 super omnia: perfectus in omnibus. Inter ipsos
 quoq; homines distantia est. Aliter Daniel sapi-
 piens: de quo dictum est. Quis Daniele sapien-
 tior: aliter alii sapientes. Aliter Salomon: qui te-
 pletus est sapientia super omnem sapientiam a-
 tiquorum: & super omnes sapientes ægypti. Au-
 uidest enim cōmuniter sapere: aliud sapere per-
 fecte. Qui cōmuniter sapit: Pro temporalibus
 sapit. Pro se sapit: vt alteri detrahatur aliquid: &
 sibi adiungat. Qui perfecte sapit: nescit sua spec-
 tare commoda: sed ad illud quod æternum est:
 quod decorum atq; honestum toto affectu int̄

Mat. 5.8.

Phil. 3.6.

Ezech. 28. 2.

dit; quærens non quod sibi utile est: sed quod omnibus. Itaq; hæc sit formula: ut inter duo illa honestum atq; utile errare nequeamus: eoq; iustus nihil alteri detrahendum putet: nec alterius incommodo suum commodum augeri velit. Hanc formam tibi prescribit Apostolus dicens. Omnia licent: sed non omnia expedient. Omnia licent: sed non omnia edificant. Nemo quod suum est querat: sed quod alterius. Hoc est: nemo cōmodum suum quietat: si alterius: nemo honorē suum querat: sed alterius. Vnde & alibi dicit. Alter alterum existimantes superiorem sibi: non quæ sua sunt singuli cogitantes: sed quæ aliorum. Nemo etiam suam gratiam querat: nemo suam laudem: sed alterius. Quod eundem etiam in proverbiis declaratum est: aductum dicente sancto per Salomonem spiritu. Fili si sapiens fueris: tibi sapiens eris & proximis. Si autem malus euaseris: solus hauries mala. Sapiens enim aliis consulit sicut iustus: quandoquidē consors suus utriusq; forma virtutis. **Capitulū. in**

Si quis igitur vult placere omnibus per omnia: querat non quod sibi utile est: sed quod multis: sicut quererbat & Paulus. Hoc est ei conformatus christo: alienū non querere: nihil alteri detrahere ut acquirat sibi. Christus enim dominus cum esset in forma dei: exinanivit se ut formam susciperet hominis: quam operum suorum locupletaret virtutibus. Tu ergo expolias: quem christus induit: Tu exuis: quem vestiuit christus. Hoc enim agis: quando alterius detramento: tua cōmoda augeri expetis. Considera o homo: vnde nomen sumperis: ab humo utiq; quæ nihil cuiqueripit: sed omnia largitur omnibus: & diuersos in viuum omnium animantium fructus ministrat. Inde appellata humanitas: spēalis & domestica vir-

tus hominis: quæ consortem adiuuet. Ipsiæ te do-
 ccat forma tui corporis: membrorumq; usus. Nū
 quid membrum tuum alterius membris officiali-
 bi vendicat: vt oculus officium oris: aut os oculi
 officium sibi vendicet: aut manus pedum ministe-
 rium: aut pes manuum. Quinetiam ipsa manus
 dextera ac sinistra disperit ahabent officia plæ-
 raq;: vt si usum cōmutes utriusq;: aduersus na-
 turam sit: priusq; totum hominem exuas: q̄
 membrorum tuorum ministeria conuertas: si
 aut de sinistra eibum suggestas: aut de dextra
 fūgaris ministerio sinistram: vt reliquias ciboru
 abluas nisi forte poscat necessitas. Finge hanc &
 da oculo virtutem: vt possit detrahere sensum
 capiti: auditum auribus: menti cogitationes co-
 dotatum naribus: ori saporem & sibi conferat:
 nonne omnem statum dissoluere natura. Vnde
 pulcre apostolus ait. Si totum corpus oculus
 vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus?
 Omnes ergo unum corpus sumus & diversame-
 bra: sed omnia corpori necessaria. Non enim pōt
 membrum membro dicere: non es tu in necessa-
 riū: quinetiam ipsa quæ videntur infirmata
 membra esse: multo magis necessaria sunt: & ma-
 iorem plerūq; tuendi se requirunt sollicitudine.
 Et si quid dolet membrū unum: compatiuntur
 ei membra omnia. Vnde q̄ graue est vt detraha-
 mus aliquid ei cui nos compati oportet: & cui de-
 bemus consortium ministerii: ei fraudi & noxa si-
 mus. Hæc utiq; lex naturæ est: quæ nos ad om̄es
 stringit humanitatem: ut alter alteri tanq; unius
 partes corporis inuicem deferamus. Nec detrahe-
 dum quicq; putemus: cum contra naturæ legem
 sit: non iuuare. Sic enim nascimur: vt consenti-
 ant membra membris: & alterum alteri adhære-

1. Co. 12. c.

b. 21. 23

at: & obsequantur sibi mutuo ministerio. Q. si
num desit officio suo: impediuntur & cætera. Q.
siceruat oculum manus: nonne sibi operis sui vñ
negauit? Si pedem vulneret. quantorum sibi actu
um profectum inuiderit. Et quanto grauius est
totum hominem q̄ vnum membrum detrahi?
Iam si in uno membro totū corpus violatur: vti
q̄ in uno homine coī totius humanitatis soluitur:
violatur natura generis humani: & sancte ecclesiæ
congregatio: quæ in vnum cōnexum corpus atq;
compactum: vnitate fidei & charitatis assurgit. xp̄
quoq; dominus qui pro vniuersis mortuus est: mer
cedem sanguinis sui euacuatam dolebit. Quid q̄ e
tiam ipsa iex domini hanc formam tenendam edo
cet: vt nihil alteri detrahas tui commodi seruan
di gratia: cum dicit. Non transfreras terminos an
tiquos quos statuerunt patres tui: cum vitulum
errantem fratris tui reducendum præcipit: cum
surem mori iubet: cum vetat mercennariū debita
mercede fraudari: cum pecuniam sine vñsuis red
dendam censem. Subuenire enim non habent hu
manitatis est: duricæ autem plus extorqueere q̄ de
deris. Et tenim si video inops auxilio tuo equis: quia
non habuit vnde de suo redderet: nonne impium
est: si sub humanitatis simulatione amplius ab eo
poscas: qui non habebat vnde minus solueret? Ab
soluis igitur alteri debitorem: vt condēnes tibi:
& hanc humanitatem vocas: vbi est iniquitatis,
auctio. Hoc præstamus cæteris animantibus: qd'
alii genera animantium conferre aliquid nesciunt.
Fere autem eripiunt. homines tribuunt: vnde &
psalmista ait. Iustus miseretur & tribuit. Sunt
tamen quibus & feræ conferant. Siquidem colla
tione sobolem suam nutriunt: & aues cibo suo
pullos satiant suos. Homini autem soli tributū

2-11-271

PS.36. d.

est; ut omnes tanq; suos pascat. Debetur istud ipsi
so naturæ iure. Quod si non licet non dare: quomo-
do detrahere licet? Nec ipse leges non docent: q
ea quæ distracta sunt alicui cum iniuria personæ
aut rei ipsius cumulo: restitui iubent: quo sum
a detrahendo: aut poena deterreant: aut multa re-
uocent. Eone tamen q alius possit aut poenam no-
timere: aut multæ illudere. Nunquid dignum est
ut aliqui alteri detrahant. Seruile hoc vitium: &
familiare ultimæ conditioni: adeo contra naturam:
ut inopia magis hoc extorquere videatur: q natu-
ras uadere. Seruorum tamen occulta furtæ: diui-
tum rapinæ publice. Quid autem tam contra na-
turam: q violare alterum tui commodi causa:
cum pro omnibus excubandum: subeendas mo-
lestias: suscipiendum laborem naturalis affectus
persuadeat: & gloriosum vnicuique ducatur: si pe-
ticulis propriis quaerat vniuersorum tranquilli-
tatem: multumq; sibi unusquisque arbitretur gra-
tius excidia patriæ repulisse: q propria pericu-
la: præstantiusq; esse existimet: q opera suā pa-
triæ impenderit: q si in ocio positus tranquil-
lam vitam voluptatum copius suctus egisset? C. 2.

Hinc igitur colligitur: q homo quis se. III.
cundum naturam formatus est directioēz
ut obediatur sibi: nocere non possit alteri. Q. sicut
noceat naturam violet: neq; tantum esse com-
modi quod adipisci se potet: quantum incom-
modi quod ex eo sibi accidat. Quæ enim poena g
uior: q interioris vulnus conscientiæ. Quod seue
eius iudicium q domesticum: quo unusquisque
sibi est reus: seq; ipse arguit q iniuriam fratri
indigne fecerit. Quod non mediocriter scriptu-
ra condēnat dicens. Ex ore stultorum baculus co-
tumelias. Stulticiæ igitur condēnatur: qui cōtu-

mediam facit. Nonne hoc magis fugiendum: q̄ mors:
q̄ dispendium: q̄ inopia: q̄ exilium: q̄ debilitatis do-
lor. Quis enim vitium corporis: aut patrimonii dā-
num: non leuius ducat vitio animi: & existimatio-
nis dispendio? Liquecigitur id expetendum: & te-
nendum omnibus: quod eadem singulorum sit
utilitas: quae sit vniuersorum: nihilq; iudicandū
utile: nisiquod in cōmune prosit. Quomodo enim
potest vni prodesse: quod inutile sit omnibus? Mi-
hi certe non videtur: qui invitis omnibus est: sibi
utiles esse posse. Etenim si vna lex naturæ omnib;
vna vtiq; utilitas vniuersorum. Q; si vna utilitas
vniuersorum: ad consulendum vtiq; omnibus na-
ture/lege constringimur. Non est ergo eius qui co-
sultum velit alteri secundum naturam, nocere eiad-
uersus legem naturæ. Etenim si hi qui in stadio cur-
runt: ita feruntur p̄ceptis informari atq; instrui-
vt vnuquisq; celeritate: non fraude cōtendat: cur
fugq; ḡntum potest ad victoriam properet: supplan-
tare autem alterum: aut manu desicere non ausit: q̄
tō magis in hoc cursu vītæ istius: sine fraude alteri-
us & circūscriptione: gerenda nobis victoria est.
Querunt aliqui: si sapiens in naufragio positus: insi-
pienti naufrago tabulam extorquere possit: utru
debeat. Mihi quidem: & si p̄stabilius cōi videat
vslui: sapientem de naufragio q̄ insipientē inuade-
re: tamen non videtur q̄ vir ch̄tianus: & iustus: et
sapiens quārete sibi vitam aliena morte debeat: vt
pote qui etiam si latronem armatum incidat: feri-
entem referire non possit: nedum salutem defen-
dit: pietatē contaminet. De quo in euangeliū libris
aperta & euidentia sententia est. Reconde gladium
tuum. Omnis enim qui gladio percussit: gladio
ferietur. Quis latro detestabilius: q̄ persecutor qui
venerat vt christum occideret? Sed noluit se chri-

stus persecutorum defendi vulnere: qui voluit suo
vulnere omnes sanare. Cur enim te potiorem alteri
iudices: cum utili sit christiani praeferre sibi alterius:
nihil sibi arrogare: nullum sibi honorem assumere:
non vendicare meriti sui premium! Denique cur no
tuum tolerare potius incommodum: quia alienum:
commodum diripere assuecas? Quid tam aduersus
naturam: quia non esse contentum eo quod habcas: ali
ena querere: ambire turpiter! Nam si honestas secu
dum naturam (omnia enim fecit deus bona valde)
turpitudo utique contraria est. Non potest ergo ho
nestati conuenire: & turpitudini: cum haec inter se
discreta naturae lege sint. **Capitulum quintū.**

Sed iam ut etiam in hoc libro ponamus fa
stigium: in quo velut insine disputationis
nostræ dirigamus sententiam: ut nihil expetendū
sit nisi quod honestum. Nihil namque agit sapiens: ni
si quod honestum sit: nisi quod cum sinceritate sine
fraude sit: neque quicquam facit: in quo se criminē quoque
obliget: et iam latente possit. Si bēnēm est reus pri
usquam cæteris: nec tam pudenda apud eum publicatio
flagitiū: quia conscientia est. Quod non sicut tabulis
ut philosophi disputant: sed verissimis iistorum vi
rorum exemplis docere possumus. Non igitur eo
simulabo terræ hiatum: quia magnis quibusdam dis
siluerit soluta umbribus: in quem descendisse gyges:
atque ibi fabularium illum equum æneum ostendisse a
Platone inducitur: qui in lateribus suis fores haberet:
quas ubi aperuit animaduertisse anulum aureum
in digito mortui hominis: cuius illuc exanimē cor
pus iaceret: aurum auarum sustulisse anulum. Sed
cum se ad pastores recepisset regios: de quorum ipse
numero foret: casu quodam quod paleam eius anuli ad
palmam conuerterat: ipse omnes videbat atque anul
lo videbatur: deinde cum in locum suum reuocat-

set anulum: videbatur ab omnibus. Cuius solers fa-
cius miraculi: per anuli opportunitatem reginæ stu-
pro potitus: necem regi intulit: cæterisq; interem-
ptis quos necandoz putauerat: ne sibi impedimen-
to forent: lydiæ regnum adeptus est. Da inquit a-
nulum hunc sapienti: vt beneficio eius possit la-
tere: cum deliquerit. Non enim minus fugiet pec-
catorum contagium: q; si non possit latere. Non
enim latebra sapienti spes impunitatis: sed inno-
centia est. Deniq; lex non iusto est posita: sed iniu-
sto: quia iustus legem habet mentis suæ: & æqui-
tatis ac iusticiæ suæ normam. Ideoq; non terrore
pœnæ reuocatur a culpa: sed honestatis regula. Er-
go vt ad propositum redeamus: non fabulosa pro-
veris: sed vera pro fabulosis exempla ptoferamus.
Quid enim mihi opus est singere hiatum terræ e-
quum æneum anulūq; aureum in dito defuncti
repertum: cuius anuli tanta sit vis vt pro arbi-
trio suo qui eum sit indutus anulum: appareat
cum velit: cum aut nolit: conspectui se præsentí
um subtrahat: vt præsens non possit videri. Né
pe eo tendit istud: vtrum sapiens etiam si isto v-
tatur anulo: quo possit propria flagitia celare
& regnum assequi: nolit ne peccare & grauius +
ducat sceleris contagium pœnarum doloribus:
an vero spe impunitatis vtatur ad perpetrandū
scelus. Quid inquam mihi opus est figmento a-
nuli: cum postim docere ex rebus gestis: q; vir,
sapiens cum sibi in peccato non solum latenduz
sed etiam tegnandum videret si peccatum amitte-
ret: contra autem periculum salutis cerneret si
declinaret flagitium: eligeret tamen magis sa-
lutis periculum vt vacaret flagitio: q; flagitiuz
quo libi regnum pararet. Deniq; dauid cum fuge-
ret a facie regis Sauli (cum cum rex cum tribus

milibus virorum electorum ad inferendam necem in deserto quæreret) ingressus in castra regis cum dormientem offendisset: non solum ipse non percussit: sed etiam protexit: ne ab alio qui simul ingressus fuerat perimeretur. Nam cum diceret ei Abisai: Conclusit hodie dominus inimicum tuum in manibus tuis: & nunc occidam eum. Respondit: Non consumas illum: qm̄ quis iniiciet manum suam in christum domini: & purus erit! Et addidit: Viuit dominus: quia nisi dñs percuesserit illum: aut nisi hora illius venerit ut moriatur: vel in pugnam descenderit: & apponatur mihi: non sit a domino iniicere manū meā in christum domini. Itaq; non permisit necare eum: sed solam lanceam quæ erat ad caput eius: & lenticulam tulit aquæ: dormientibusq; cunctis: egressus de castris transiuit in cacumen montis: et coarguere coepit stipatores regis: & præcipue principem militiae Abner: q; nequaq; fidam custodiā regi & domino suo adhiberet. Deniq; demōstraret ubi esset lancea regis vel lenticula quæ erat ad caput eius. Et appellatus a rege lanceam reddidit: & dominus inquit restituat vnicuiq; iusticias suas: & fidem suam: sicut tradidit te dominus in manus meas: & nolui iniicere manum meam in christum domini. Et cum hoc diceret: timebat tamen insidias eius & fugit: sedem exilio mutās. Nec tamen salutem prætulit innocentiae: cum iam secundo facultate sibi tributa regis necādi noluissest vti occasionis beneficio: quæ & securitatem salutis metuendi: & regnum offerebat exuli. Vbi opus fuit Ioanni gygeo anulo: qui sit acisset: non esset occisus ab Herode. Præstare hoc illi potuit silentium suum: vt & videretur & non occideretur. Sed quia non solum peccare se pro-

pter salutis defensio nem passus non est: sed ne a
lienum quidem peccatum ferre ac perpeti potuit:
ideo in se causam necis excitauit. Certe hoc nega
re non possunt potuisse fieri ut taceret: qui de illo
gyge negant potuisse fieri: ut anuli beneficio abs
conderetur. Sed fabula: & si vim non habet verita
tis: hanc tamen rationem habet: ut si possit celare
se vir iustus: tamen ita peccatum declinet: quasi
celare non possit: nec personam suam indutus anu
lum: sed vitam suam christum indutus abscondat.
sicut apostolus ait. Quia uita nostra abscondita est
cum christo in deo. Nemo ergo hic fulgere querat:
nemo sibi arroget: nemo se iactet. Nolebat se chri
stus hic cognosci: nolebat predicari in euangelio
nomen suum cum in terris versaretur: venit ut
lateret seculum hoc. Ergo & nos simili modo abs
condamus vitam nostram christi exemplo: fugi
amus iactantiam: praedicari non expectamus. Me
lius est hic esse in humilitate: ibi in gloria. Cum
inquit christus apparuerit: tunc & vos cum illo
N apparetis in gloria. **Capitulum. vi.**

On vinceat igitur honestatem utilitas: sed
honestas utilitatem. Hanc dico utilitatem: quae
estimatur secundū vulgi opinionem. Mortifi
cetur auaricia: moriatur concupiscentia. Sanc
ta in negotiationem introisse se negat quia p̄iorum
captare incrementa: non simplicitatis: sed versu
tiae est. Et alius ait. Captans p̄cia frumenti: māte
dictus in plebe est. Definita est sententia: nihil di
sputationi relinquens: quale controuerclarum
genus solet dicendisse: cum alius alleget agri
cultoram laudabilem apud omnes habent: fruc
tus terræ simples esse triplos: plus qui semi
nauerit cum probatio re fore: ubiores reditus
industriæ non fraudari: negligentia magis &

Col. 3. 2.

Ibidem. x.

Prov. 11. d.

incuriam ruris inculti reprehendi solere. Arau
 inquit studiosius: ubetius seminaui: diligentius
 excolui: boho collegi prouentu: sollicitius recō-
 di: seruau fideliter: prouide custodiri. Nam in
 tempore famis vendo: subuenio esurientibus: nē
 do frumentum non alienū: sed meum: non pluri-
 q̄ cæteri: imo etiam minori precio. Quid hic fra-
 dis est: cum multi possent periclitari si non habe-
 rent quod emerent? Nū industria crimen vocat?
 Nū diligentia reprehendit? Nū prouidentia vi-
 tuperatur? Fortasse dicat. Et Ioseph frumenta in
 abundantia collegit: in caritate vendidit. Nū ca-
 riūs aliquis emere compellitur? Nū vis adhibet
 emptori? Omnibus defertur emendi copia: nul-
 li irrogatur iniuria. His igitur q̄ntum cuiusq; z
 fert ingenium disputatis: exurgit alius dicens. Bo-
 na quidem agricultura quæ fructus ministrat oī
 bus: quæ simplici industria accumulat terrarum
 fæcunditatem: nihil doli: nihil fraudis interseres.
 Deniq; si quid vitii fuerit: plus dispensari est: quia
 si bene aliquis seuerit melius metet: & si sinceru
 tritici granum seminauerit: purior em ac sincerā
 messem colliget. Fæcunda ter multiplicatum redi-
 dit quod accepérat: fidelis ager sceneratos soletre
 stituere prouétus. De redditibus igitur rōberis gle-
 bæ expectare debes: tui in mercedem laboris: de fer-
 tilitate pinguis soliti asta sperare compendia. Cur
 ad fraudem cōnectis naturam in dustriam? Kint
 dulgentiam? Cur inuides vīsibus hominum pu-
 blicos partus? Cur populis minus abundantiæ
 Cur affectas in opiam? Cur optari facias pauperi
 bus sterilitatem? Cum enim non sentiant beneficia
 fæcunditatis: te audionante precio te condente fru-
 mentum: optant potius nihil nasci: q̄ te de fame
 publica negocierat. Ambis frumentorum indige-

2.11.65

b.3.60.1

tiam: alimeritorum penuriam: vberis soli partus
ingemiscis fles publicam fertilitatem: horrea fru-
gum plena deploras: exploras quando sterilius p-
uentus sit: quando exilior partus: votis tuis gau-
des arrisisse maledictum: vt cuiq; nihil nascere-
tur. Tunc messem tuam venisse laetaris: tunc tibi
de omnium miseria congeris opes: & hanc tu indu-
striam vocas: hanc diligentiam nominas: quæ
calliditatis versutia: quæ astutia fraudis est: &
hoc tu remedium vocas: quod est commentū ne-
quiciae: Latrocinium hoc an foenus appellē. Cap-
tantur tanq; latrocinii tempora: quibus in visce-
ra hominum durus insidiator obrepas. Augetur
precium tanq; sorte cumulatum foenoris: quo pe-
riculum capit is aceruatur. Tibi conditæ frugis m̄l-
tiplicatur usura: tu frumentum quasi foenerator
occultas: quasi venditor auctionatis. Quid imp-
caris male omnibus: quia maior futura sit famæ:
quasi nihil frugum supersit: quasi infæcundior
annus sequatur. Luctum tuum damnum publi-
cū est. Ioseph sanctus omnibus aperuit horrea:
non clausit: nec p̄cia captauit annong: sed pere-
ne subsidium collocauit: nihil sibi acquisiuit: sed
quæ admodum famæ etiam in posteruni vincere-
tur: prouida ordinatione disposuit. Legisti quæ
admodum hunc frumentarium precii captatore
exponat in euangelio dñs Iesus: cuius possessio
diuites fructus aitulit: & ille quasi egens dicebat.
Quid faciam: non habeo quo congregem. Destruā
horrea mea: & maiora faciam: cum scire non pos-
set: utrum sequenti nocte anima sua ab eodem re-
peteretur. Nesciebat quid faceret: quasi ei alime-
ta deessent: hærebat ambiguo. Non capiebant hor-
rea annonam: & ille se egere credebat. Reste igit
Salomon. Qui continet inquit frumentū: relin-

Lu.12.c.

Eroū.ii.d.

quet illud nationibus non hæredibus: qm a
uariciæ emolumentum ad successorum iura
non peruenit. Quod non legitime acquiritur:
quasi ventis quibusdam ita extraneis diripiē-
tibus dissipatur. Et addidit. Captans anno
nam maledictus in plebe est: benedictio aut
eius in capite qui participat. Vides ergo q̄ lat-
gitorem frumenti esse deceat: non precii cap-
tatem. Non est igitur ista utilitas: in qua pl⁹
honestati detrahitur q̄ utilitati adiungitur.

2.8.107

Sed & illi qui peregrinos vrbe **Ca. vii.**
prohibent: nequaq̄ probandi: expellere
eo tempore quo deberent iuuare: separate a com-
merciis cōmuni parentis: fusos omnibus par-
tus negare: inita iam consortia viuendi auer-
runcare cum quibus fuerint cōmunia iura: cu
bis nolle in tempore necessitatis subsidia parti-
ri. Feræ non expellunt feras: & homo excludit
hominem! Feræ ac bestiæ cōmunem putant ho-
nibus uictum: quem terram ministrat. Ille etiam cō-
formem sui generis adiuuant: homo impugnat:
qui nihil a se alienum debet credere quicquid hu-
mani est. Quanto ille rectius: qui cum iam pro-
uecta processisset & tate: & famem toleraret cui-
tas: atqz vt in talibus solet: peterent vulgo: vt pe-
regrini vrbe prohiberentur: præfecture urbanae
euram cæteris maiore sustinens: cōuocauit ho-
noratos: & locupletiores viros poposcit: vt in me-
dium consulerent: dicens: tam inhumanam esse
peregrinos eū: q̄ hominem ex homine exui: qui
cibum morientinegaret. Canes ante mensam i-
pastos esse non patimut: & homines extrudim⁹.
Q̄ inutile quoqz tot populos mundo perire: q̄s
dira confecerat labes: tantos vrbi suæ perire: q̄
solerent adiumento esse: vel in conferendis sub-

Deu. 8.2.

sidiis: vel in cebrandis cōmerciis: neminem fame alienam iuuare: protiā here ut plurimum diē posse: non in opiam repellere: imo tot cultoribus extinctis: tot agricolis occidentibus occasura impetuum subidia frumentaria. Hosigitur excludimus qui vietum nobis inferre consuerunt. Nos nolumus in tempore necessitatis pascere: qui omni ētate pauperunt. Quanta sunt quæ ab ipsis nobis hoc ipso tempore ministrantur? Non in solo pane viuit homo. Nostra illuc familia. Pleriqs etiam nostri parentes sunt. Reddamus quod accepimus. Sed veremur: ne cumulemus in opiam. Primum omnium misericordia nunq̄ destituitur: sed adiuuatur. Deinde subsidia annonæ quæ his impertienda sunt collatione redimamus: reparamus auro. Nunquid his deficientibus: non alii nobis redimendis cultores videntur? Quanto utilius est pascere q̄ emere: cultores. Vbi etiam repāres? Vbi inuenias quæ reformes? Adde: si inuenias quem ignarum & alienius: numero pollis substituere: non cultui. Quid plura? Collato auro: coacta frumenta sunt. Ita nec abundantiam urbis minuit: & peregris alimoniam subministravit. Quantæ hoc cōmendationis apud deum fuit sanctissimo seni? Quæ apud homines gloriæ? Hic magnus vere probatus: qui vere potuit imperatori dicere: demostrans prouinciae totius populos. Hostibi oīs reseruauit: hi viuunt beneficio tui senatus: hos tua curia iam morti abstulit. Quanto hoc utilius: q̄ illud quod proximæ Romæ factum est: exercitos esse urbe amplissima: qui iam plurimum illuc ētatem transegerant: flentes cum filiis obiisse: quibus velut cūnibus ad moliendum exilium deplorarent: interruptas complurium necessi-

studines: direptas affinitates. Et certe artiferat ani
 ni fæcunditas: inuestio vrbis sola egebat frumento:
 potius set iuuari: si peterent ab ifatis frumentum:
 quorum filii expellebantur. Nihil hoc tur-
 pius: excludere quasi alienum: & exigere quasi su-
 um. Quid illum enīs: qui de sao pascitur. Quid
 illum enīs: qui te pascit. Seruū retines: trudis pa-
 rentem. Frumentum suscipis: nec affectum imp-
 tis. Vixum extorques: nec rependis gratiam. Q̄
 deformis hoc: q̄ inutile. Quomodo enim pōt uti
 de esse quod non decet? Quantis corporatorum
 subsidiis: dudum Roma fraudata est? Potuit & il-
 los non amittere: & euadere fanie: expectatis vē-
 torum oportuniſ flatibus: & speratarum comme-
 atuſ hauium. Q̄ vero illud superius honestū atq;
 vtile. Quid enim tam decorum: atq; honestum:
 q̄ collatione locupletum iuuare egentes: ministra-
 revictum esurientibus: nulli cibum before. Quid
 tam vtile: q̄ cultores agrorum referuari: non inte-
 brent plēbē rusticorum. Quod honestum igitur
 & vtile est: & quod vtile honestum. E contra quod
 inutile indecorum: quod autem indecorum: id etiā
 inutile. **Capitulum octauum.**

Quando maiores nostri seruitio excire potu-
 issent: nisid non solum turpe: sed etiam inutile
 credidissent: regis seruire ægyptiorū. Iesuſ quoq;
 & Caleb missi ad explorandam tertam: vberē qui
 dep̄ terram: sed a ferocissimis inhabitati gentibus
 nuciauerunt. Terrore belli populus infractus: recu-
 fabat terra eius possessionem. Suadebant missi ex-
 ploratores Iesuſ & Caleb terram esse utilem: inde
 corum putabant cedere nationibus: lapidari poti⁹
 eligebant quod minabatur populus: q̄ decede-
 re de honestate. Dissuadebant alii: plēbs recla-
 mabat: dicens: Aduersus diras & asperas gentes

Nue. 13.c.
& 14.f.

bellum fore: cadendum sibi in p̄xlio: mulieres suas & pueros direptioni futuros. Exarsit domini indignatio: vt omnes vellet perdere: sed rogante Moysē temperauit sententiam: vltionem distulit. Satis esse perfidis supplicii indicans: vt si parceret interim: nec percuteret incredulos: adeam tamen terram quam recusauerant propter incredulitas suæ p̄cium non peruenirent. Sed pueri & mulieres qui non immurmurauerant vel sexu: uel ætate veniabiles: caperent eius terræ promissam hæreditatē. Deniqz quicunqz erant a vicesimo anno & supra: in deserto eorum membra ceciderunt: sed aliorum dilata est poena. Qui autem ascenderunt cum iesu & dissuadendum putauerunt: plaga mala statim mortui sunt. Iesu vero & Caſeb cum innoxia ætate vel sexu in terra promissionis intrarunt. Pars igitur melior gloria salutis prætulit: deterior salutem honestati. Diuina aut sententia eos probauit: qui honesta utilibus p̄xstare arbitrabantur. Eos vero condenauit: apud quos ea quæ uidebantur saluti potiusqz honestati accommoda p̄x ponderabant. Caplm ix.

Nihil itaqz deformius q̄ nullum habere a moxem honestatis: & usu quodam degeneris mercaturæ q̄stū sollicitari ignobili: auaro æstuare corde: diebus ac noctibus inhiare in alieni detimenta patrimonii: non eleuare animū ad honestatis nitorem: non considerare verga laudis pulcritudinem. Hinc nascuntur auctoritatem quæsitæ hæreditatis: continentia atqz grauitatis simulatione captatae: quod abhorret a proposito christiani uiri. Omne enim quod arte exigitum & fraude compositum est: caret merito simplicitatis. In ipsis qui nullum ecclesiastici ordinis officiū receperint: incōgrua iudicatur aſ

fectatæ ambitio hæreditatis. In supremo fine vi-
 tæ positos suū habere iudicium: ut libere testen-
 tur quod sentiunt: qui postea non sunt emenda-
 turi: cū honestum non sit: competentia compen-
 dia aliis vel debita: vel parata auertere: cū vel sa-
 credotis vel ministri sit prodesse si fieri pōt oībus:
 obesse nemini. Deniqz si non potest alteri sub-
 iueneri: nisi alter lādatur: cōmodius est neutru
 iuuari: q̄ grauati alterum. Ideoqz in causis pe-
 cuniariis interuenire non est sacerdotis: in q̄
 bus non potest fieri: quin frequenter ledatur al'
 qui uincitur: qm̄ intercessoris beneficio se vic-
 tum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli no-
 cere: prodesse velle omnibus: posse autem so-
 lius est dei. Nam in causa capitis nocere ei que
 iuuare debeas pericitantē: non sine peccato ē
 graui. In causa autem pecuniæ odia quererere
 insipientiæ est: cum pro salute hominis gra-
 ues frequenter fiant molestiæ: in quo etiam pe-
 riclitari gloriosum sit. Proposita igitur for-
 ma: in sacerdotis officio teneatur: ut nulli no-
 ceat: ne lacessitus quidē & aliqua iniuria of-
 fensus. Bonus enim est uir qui dixit. Si red-
 didi retribuentibus mihi mala. Quæ enim est
 gloria: si eū non lādimus: qui nos non lāserit.
 Sed illa virtus est: si lāsus remittas. Q̄ hone-
 stum: q̄ Dauid cū potuisset regi inimico nocere
 maluit parcere! Q̄ etiam utile: qui successori
 hoc profuit: vt discerent omnes fidē regi pro-
 prios seruare: nec usurpare imperium: sed vere-
 riſ. Itaqz & honestas vtilitati prælata est: & vti-
 litas secuta est honestatem. Parum est q̄ peper-
 cit: addidit etiam q̄ in bellō doluit occitum: &
 flebiliter deplorauit dicens. Montes qui estis 2.Re.i.d.
 ingelboe: neqz ros neqz pluuiia cadat sup vos

Montes mortis: quoniam ibi sublata est protectio
potentium: protectio Saul. Non est vincitus in oleo:
sed sanguine vulneratorum & ex adipe belligerā
tum. Sagitta Ionathæ non est retro reuersa: & gla-
dius Saul non est reuersus vacuus. Saul & Iona-
thas speciosi & charissimi: inseparabiles in vita
sua: & in morte non sunt separati. Super aqui-
las leuiores: super leones potentiores. Filiae isel
plorate super Saul: qui vestiebat vos vestimenta
coecinea cum ornamento vestro: qui imponebat
aurum super vestimenta vestra. Quomodo ceciderūt
potentes in media pugna! Ionathas in morte vul-
neratus est. Doleo in te frater Ionatha: speciosus
mihi valde. Cessidat amor tuus in me: sicut a
mormulierum. Quomodo ceciderunt potentes:
& perierunt arma cōcupiscenda? Quæ mater vni-
cum sic defleret filium: quæ admodum hic defle-
uit inimicum? Quis gratia auctore tantis prole
queretur laudibus: quantis iste prosecutus est
insidiatorē capitis sui? Quid pie doluit: quanto in
gemuit affectu? Aruerunt montes propheticō
maledictō: & diuinā uis sententiā maledicētis i
pleuit. Itaq; pro regiæ necis spectaculo poenam
elementa soluerunt. Quid vero de sancto Nabu-
thæ. Quæ fuit causa mortis: nisi honestatis con-
templatio? Nam cū ab eo vineam rex posceret:
pecuniam daturum se pollicens: indecorū preciū
pro paterna recusauit hæreditate: maluitq; mor-
te declinare huiusmodi turpitudinem. Non mi-
hi inquit fiat a domino: ut dem tibi hæreditatē
patrum meorum. Hoc est: tantum mihi oppro-
brium nō fiat: nō permittat deus tantū extor-
queri flagicium. Nō vtq; de vitibus dicit. Neq;
enim de vitibus cūta est deo: neq; de terreno spa-
cio: sed de iure loquitur patrum. Potuit vtq; &

alteram vineam de vineis regis accipere: & amicis
esse: in quo non mediocris saeculi huius utilitas
estimari solet: sed quod turpe erat iudicavit non
fieri vel videri utile: maluitque periculum cum
honestate subire: quam utilitatem cum opprobrio.
Vulgare utilitate loquor: non illam in qua etiam
honestatis gratia est. Denique & ipse rex potuit extor
quere: sed impudens arbitrabatur: sed occisum do
luit. Dominus quoque mulieris immanitatem: quae hone
statis immemor: turpe antetulit lucrum: congruo
supplicio plectendam annunciat. Turpis est itaque
omnis fraus. Denique etiam in rebus vilibus execrabi
lis est stathera & fallacia: & fraudulenta mensura.
Si in foro rerum venialium in usu commerciorum
fraus plectitur: potest ne irreprehensibilis videri
inter officia virtutum. Clamat Salomon: Ponderus
magnum & exiguum: & mensura duplices: uniu
ersa sunt apud deum. Supradictum ait. Stathera ad
ultra abominationis est dominus: pondus autem equum:
acceptabile est illud. **Capitulum. x.**

Erou. 20. b.

TNon omnibus igitur decora est fides: iusticia
grata: mensura & equitatis iocunda. Quid autem lo
quor de contractibus ceteris: ac maxime de coem
ptione praediorum: vel transactionibus atque pa
ctis? Nonne honestatis formulæ sunt: dolum
malum abesse: eumque cuius dolus fuerit deprehensio
duplex pœnæ obnoxium fore? Vbique igitur hone
statis præponderat consideratio: quæ dolum exclu
dit: fraudem eiicit. Unde teste generalem David
propheta prompsit sententiam dicens. Nec se
cit proximo suo malum. Non solù itaque in con
tractibus in quibus etiam vitia eorum quæ ve
neunt prodi iubentur: ac nisi intimauerit ven
ditor: quis in ius emptoris transcriberit dol
actione vacuantur: sed etiam generaliter dol

Ps. 14. b.

in omnibus abesse debet: aperienda simplicitas: i
timanda veritas est. Veterem autem istam dedo
lo nō iurisperitorū formulam: sed patriarcharū
sententiam scriptura diuina euidenter expressit
in libro testamenti veteris: qui Iesu naue inscribi
tur. Nam cū exisset fama per populos: siccatum
esse mare in hebreorū transitu: fluxisse aquam
de petra: de coelo diurnam ministrari alimoniam:
tot populi milibus abundantem: corruisse muros
hiericho: sacro tubarum sono ictos v'lulatu plā
bis arietatos: getheorū quoq; regem vindictum &
suspensum in ligno vsq; ad vesperā: gabaonitā
metuentes validam matutinū: venerunt cum ver
sutiā simulantes se de terra longinqua esse: di
uq; peregrinatos dirupisse calciamenta: detri
uisse amictus vestium: quarum veteres centrum
indicia mōstrarent. Causam autē tanti laboris
emerendæ pacis: & ineundæ cum hebreis esse a
micitia cupiditatē. & cooperunt ab Iesu naue po
scere ut secum firmaret societatē. Et quia adhuc
erat ignarus locorum: atq; incolarum in scitis:
non cognouit fraudes eorum: neq; dominū in
terrogauit: sed cito credidit. Adeo sancta erat,
illis temporibus fides vt fallere aliquos posse nō
crederetur. Quis hoc reprehendat in sanctis: qui
cæteros de suo affectu æstimant. Et quia ipsa
amicitia est veritas: mentiri neminem putant: fal
lere quid sit ignorant: libenter credunt quodip
si sunt: nec possunt suspectum habere quod nō
sunt. Hinc Salomon ait. Innocens credit om̄i
verbo. Non uituperanda facilitas: sed laudan
da bonitas: Hoc est innocentem esse: ignorare
quod noceat: & si circūscribitur ab aliquo: de
omnibus tamen bene iudicat: qui fidem esse
in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis lux

deuotione inclinatus ut crederet: testamentū di-
sposuit: pacem dedit: confirmauit societatem. Sed
vbi in terras eoru ventum est: dephenſa feade:
q̄ cum essent finiti aduenas se esse simulauie-
rant: circucriptū ſeſe populos patrum indig-
nari coepit. Iesuſ tamē pacē quam dederat re-
uocandam non censuit: quia firmata erat ſacri
religione: nedū alienam perfidiā argueret:
ſuam fidem ſolueret. Multant eos tamē viltatis
obsequio ministeri. Clementior ſententia: ſed di-
uturniori. Manet enim officiis poena veteris aſtu-
tia: hereditario in hunc diem ministerio deputata.

Non ergo in hereditibas adeudis. Cap. xi.
digitorū pertuſſiones: & nudi ſuccessoris
ſalutationes notabo. Nam hæc etiam vulgo notabili-
ta: nō ſimilate piftationis compositas copias & é-
ptoris illeceretur affectus. Cur enim tam studio-
ſus luxuriaz ac delitiarum reperitus eſt: ut huius-
modi fraudem patetetur? Quid mihi trahare de
Syracusano illo ameno ſecretoq; ſeceſſu: & de ſi-
cūl hominis calliditate: qui cum peregrinum alii
quem reperiſſet: cognitoq; cupidus eſſet hortorū
venalium: ad coenam in hortos rogauerit: promi-
ſiſſe: intitatu post triduum venire: offendaſſeit
hic magnam piftatorū multitudinē exquisitico-
piis adornatum cōuiuum. In proſpectu coenani-
tiuſ ante hortulos compositos piftatores: vbi nū-
q; ante paciebant retia: vnuſquisq; quod cooperat:
certatum offerebat epulantibus: ſupta mensa pī-
ſces ingerebantur resilientes: oculos recubentiū
verberabant. Mirari coepit hospes tantam copiā
piftium: tantarūq; numerum cymbarum. Respo-
ſum quærenti: aquationē illi eſſe: dulcis aqua
gratia: innumerabiles eo piftces conuenire. Quid
multa! Pellexit hospitem: ut ſibi extorqueret hor-

tos vendere: volens cogitur: possum rogatus sit: scripsi.
Sequenti die ad hortos emptor cum amicis venit:
in angulo nullum inuenit: Percorant in aliisque pa-
scatoribus eo esset die feriarum solenitas: respondetur
nulla: nec magis illuc præter hesternum diem pescato-
ri solitos. Quid hic redarguendi haberet auctoritate
doli qui tam turpe captarit accipium delitarum.
Qui enim alterum peccati arguit: ipse a peccato de-
bet alienus esse. Non ergo huiusmodi nugas ego i-
n hanc ecclesiasticæ censuræ auctoritatem voca-
bo: quæ generaliter condemnat omniē lucetur
pia appetentiam: breuiusq; sermonis compendio
~~exclusus~~ leuitate ac versutiam. Nam de illo qd
loquar: qui de eō testamento quod ab aliis i. cœl. fa-
ctum falso tamē dogruevit: hæreditatē sibi
att. legatum vendicet: & lacrum querat: alieno
evimine: sū etiam leges publicæ cum qd forens
falso utitur: tanq; facinus iste tamē astringat. Ne
qua sit remissio manifesta est: qd a vero decha-
nd virum nō deceat bonum: nec dāmō in iusto
afficeret: quemq; ne doli aliquid annedtere: sit au-
ditus componere. Quid evidenter eo qd ob An-
nanias: quia fraudauit de precio agri sui: quē ipse
vessiderat: & portionem preci tamq; summa to-
tius humerū mante pedes posuit: apostolorum si-
c ut reus fraudis intermit: lictus ut quis illi nihil of-
fereret: & hoc sine fraude fecisset. Sed quia fraude
ad misericordia non liberalitatis gratiam reportauit:
sed fallaciæ p̄nam exoluit. Et dominus in euā
geliō cum dolo accedentes repudiauit: dicens: Vul-
pes foreas habent: qm̄ in simplicitate cordis &
in innocencia nos rubet: viuere. David quoq; ait:
Sicut noctacula acuta fecisti dolum: neq; ciæ ar-
guens proditorem: eo qd in istam huiusmodi ad ho-
minis adhuc tuū ornatum: & pletūq; vicerat:

Aff. 5.2.

Mat. 8. c.

Ps. 51. a.

Siquis igitur pretendat gratiam: & dolum necat:
 Doech proditoris exemplo vt eum quē celare &
 protegere debeat: prodat ad mortem instrumentū
 istius comparatione censetur: quod ebrietate men-
 tis: & titubantis vitio manus vulnerare consue-
 uit. Sicut iste malicie ebrius vino per funestā
 perditionis indicium. Abimelech sacerdotine
 cem detulit: eo q̄ prophetam hospitio suscep-
 set: quem rex inuidiæ accensus stimulis peseq-

i.Re.ii.d.

Capitulum duodecimum.

Vrum igitur ac sincerum oportet esse af-
 sedum: vt unusquisq; simplicem sermonem p-
 ferat: vas suum in sanctificatione possideat:
 nec fratrem suum circumscriptione verborum
 inducat: nihil promittat in honestum: at si pro-
 miserit tolerabilius est promissum non facere:
 q̄ facere quod turpe sit. Sæpe plæriq; constrain-
 gunt seipsoſ iurisurandi sacro: & cum ipſi co-
 gnouerint promittendum non fuisse: sacri tñ
 contemplatione faciunt: quod spöonderunt.
 Sicut de Herode supra scripsimus: qui saltatri
 ci præmium turpiter promisit: crudeliter soluit
 Turpe quod regnum pro saltatione promittitur:
 crudelē q̄ mors prophetæ pro iurisurandi reli-
 gione donatur. Quanto tolerabilius tali fuisset
 per iurium sacro: si tñ per iurium possit dici: qd'
 ebrius inter vīna iurauerat: quod deieratus int̄
 saltantū choros promiserat. Infertur disco pro-
 pheta caput: & hoc estimatū est fidei esse: quod
 amentiæ fuit. Neq; vnq; adducat vt credā nō
 incaute promisisse principem lepte: vt īmolaret
 deo quicquid sibi reuertenti int̄ talimē domus
 sui occurret etiū & ipsā voti pœnituerit:
 sui postq; filia occurrit sibi. Deniq; cōscidit ve-
 stimēta sua & dixit. Heu me filia. impedisti mi-

Mat.14.r.

Iudi.ii.f.

hi: impediti mihi: instimulū dolorū facta es mihi. Qui licet pio metu ac formidine acerbitate duræ solutionis impleuerit: tñ luctum annuum etiam posteris deplorandum statuit ac dederat. Dura promissio: acerbior solutio: quæ necesse habuit lugere etiā ipse qui fecit. Deniqz factum est præceptum & decretum in israel ex diebus in dies. Ambulabunt inquit filiæ populi israel: lugentes filiam Iepte galaditidis quattuor diebus in anno. Non possum accusare vitum qui necesse habuit impiere quæ vouerat: sed tame miserabilis necessitas quæ soluitur parricidio.

Gen. 31.c. Melius est non vouere: q̄ vouere id quod sibi cui promittitur nolit exoluī. Deniqz in Isaac habemus exemplū pro quo arietē deus statuit imolari sibi. Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Deniqz ipse dominus frequenter suam mutat sententiam: sicut scriptura indicat. Nam & in eo libro qui inscribitur Numeri proposuerat percutere morte: & perdere populum: sed postea rogatus a Moysē: recōciliatus est populo suo. Et iterū ad Moysen & Aarō ait.

Nume. 14.d. Diuidite vos de medio synagoge: & consūmabo eos simul. Quibus discedentibus accētu: Dathā & Abiron: atqz ēbore subito impios terra prærupto soluta hiatu absorbuit. Præcellentius &

antiquius istud exemplum de filia Iepte: q̄ illud quod memorabile habetur apud philosophos de duobus pythagoreis. Quorum alter cū a tyranno Dionysio capitī dānatus esset: pr̄scripto mortis die: poposcit vt domum pergendi ei facultas daretur: quo cōmendaret suos. Ac ne reuertendi nutaret fides: vadē mortis obtulit ea cōditione: vt si ipse deforet ad cōstitutū diem vaseius sibi pro eo moriendum agnosceret.

Iudi. 11.f.

Nec qualitatē sponsonis qui offerebatur recusauit: constatqz animo diem necis p̄estolabatur. Itaqz alter se non subeōtraxit: alter ad diez repedauit. Quod eousqz fuit mirabile: vt tyrānus eos sibi in amicitiam ascisceret: quorum urgebat periculum. Quod ergo in spectatis & eruditis viris plenū miraculi est: hoc in virgine multo magnificentius: multoqz illustrius deprehēditur. Quæ ingemiscenti patri ait. Fac mihi vt exiuit de ore tuo. Sed spacium duorū poposcit mensium: vt cum equalibus cōuentum ageret in mōtibus: quæ virginitatē eius p̄destinata nec pio affectu prosequerentur. Nec fletus æquum mouit puellam: nec dolor flexit: nec gemitus retardauit: nec dies p̄teriit: nec se fellit hora. Rediit ad patrem: quasi ad votum rediret: & volūtate propria cunctantē impulit: fecitqz arbitratu spontaneo: vt quod erat impietatis fortuitū fieret pietatis sacrificium. Ca.

Ecce tibi Iudith se offert mira. xiii.  bilis: quæ formidatū populis viruz Holofernem adiit: assyriorum triū phali septum caterua. Quē p̄imō formæ gratia & vultus decare percūlit: deinde sermonis circū scripsit elegantia. Primus triumphus eius fuit, q̄ integrum pudorē de tabernaculo hostis reuexit. Secundus q̄ fœmina de viro reportauit victoriam: fugauit populos consilio suo. Horruerunt Persæ audaciam eius. Vtiqz (quod in illis pythagoreis duobus mitantur) non expauit mortis periculū: sed nec pudoris quod est grauius bonis fœminis: nō vnius iētum carnificis: sed nec totius exercitus tela trepidauit. Stetit inter cuneos bellatorum fœmina: inter victricia arma: secura mortis. Quantū ad

molem spectat periculi: moritura processit q̄ tu ad fidem dimicatura. Honestatem igitur secutae Judith: & dum eam sequitur: utilitatem iuuenit. Honestatis enim fuit prohibere: ne populus dei se prophanis dederit: ne ritus patrios & sacra proderet: ne sacras virginēs: viduas graues: pudicas matronas: barbaricæ subiiceret impuritati: ne obſidionem deditione ſolueret. Honestatis fuit ſemina pro omnibus pericitari: vt omnes exiret a periculo. Quanta honestatis auctoritas: vt conſilium de ſummis rebus foemina ſibi vendicaret: ne principib⁹ populi committeret. Quanta honestatis auctoritas: vt deum adiutorē preſumeat: q̄ta gratia ut inueniret. **Capitulum. xiii.**

4. Re. 6. d.

Quid vero Helisæus niſi honestatem ſecut⁹ eum: cum exercitu syria: qui ad obſidēdū eum venerat: captiuū introduxit in Samariam: cui ius oculos cæcitate obduxerat: & dixit. Dñe aperi oculos eorū ut videant: & viderunt. Itaq; cum rex israel percutere ingressos veltet: eāq; ſibi dari a propheta facultatem poſceret: respondit: non percutiendos quorum capititatem non eſſet manu operatus: armisq; bellicis: ſed magis ſubſidio alimenterum iuuandos. Deniq; popularibus refecti copiis: nunc postea in terram israel pirate syriæ rediret: dum putarunt. Quanto hoc ſublimius: q̄ illud grecorum: q̄ cum duo populi aduersum ſede gloria imperioq; decertarent: & alter ex his haberet copiam: quēadmodū naues alterius populi clāculo exureret turpe credidit: maluitq; minas poſſe hinc noster: q̄ plus turpiter. Et iſti quidē ſine flagitiis hoc facere nequibant: vt eos qui conſummandi bellis p. ſuci gratia in ſocietate conueniant: hac fraude deſperent: quamlicet poſſent negare: non poſſent tñ non erubescere. Helisæus autem non fraude dece

p̄tos libet sed potestate domini percussos maluit
 tamen servare q̄ perdere quia decorum fuit hosti
 parcere & aduersario donare vitam: quam poter-
 issit auferre nisi pepercisset. Liquet igitur idqđ
 decorum est semper vtile. Nam & iudith sancta
 decepto contemptu propriæ salutis soluit obsidio-
 nis periculum: & publicā honestate propria ac
 aquisiuit utilitatē. Heliæus gloriōsius igno-
 ruit q̄ peccat: & utilius reseruauit hostes q̄ coe-
 spat. Quid aut̄ aliud Ioānes: nisi honestatem co-
 siderauit: ut in honestas nuptias etiā in rege no-
